9, 4.

Programm

des

Königlichen Gymnasiums zu Bromberg,

womit zu der

öffentlichen

Prüfung der Schüler

Montags, den 7. October, Vormittags 8 Uhr,

und zu der

Redeübung und Entlassungsfeierlichkeit

am folgenden Tage, Vormittags 10 Uhr,

ehrerbietigst und ergebenst einladet

Deinhardt,

Director des Gymnasiums.

KÖN. PR. GYMNASIUM ZU DÜSSELDORF

Inhalt:

1) De adverbiorum graecorum formatione. Vom Gymnasiallehrer Januskowski.
2) Schulnachrichten für das Jahr von Michaelis 1849 bis Michaelis 1850. Vom Director

Bromberg, 1850.

Schnellpressendruck der Gruenauer'schen Buchdruckerei.

BROM (1850)
1

De adverbiorum graecorum formatione.

Facile fieri potest, ut a multis, quorum interest, res tantummodo, aut ad utilitatem ac quotidianum usum aut ad rem publicam spectantes, pertractari, dissertatio de rebus ad artem grammaticam pertinentibus minimi aestimetur. Tales viros admoneo, ut Quintilianum, ingenuosissimum auctorem, legant, apud quem institt. orat. I, 4, 5 haec invenimus:

„Eloquentia non mediocri est opus, ut de unaquaque earum, quas demonstra-„vimus, rerum (ut musica, astronomia, philosophia) dicat proprie et copiose. Quo „minus sunt ferendi, qui hanc artem (grammaticam), ut tenuem ac jejunam, cavillantur: „quae nisi oratori futuro fundamenta fideliter jecerit, quidquid superstruxeris, corruet: „necessaria pueris, jucunda senibus, dulcis secretorum comes, et quae vel sola omni „studiorum genere plus habeat operis, quam ostentationis. Ne quis igitur tanquam „parva fastidiat grammatices elementa: — quia interiora velut sacri hujus adeuntibus „apparebit multa rerum subtilitas, quae non modo acuere ingenia puerilia, sed exercere „altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit."

Haecce verba unicuique satis persuadebunt, disquisitionem etiam de minimis grammaticae partibus magni esse operis, et eum magno affici gaudio, qui de rebus singulis, quas ars grammatica continet, quam accuratissimam sibi comparaverit notitiam. Quo factum est, ut mihi quoque in hujus artis pertractatione multi dies jucunde praeterierint, et post tot labores, quos praeceptoris munus requirit, actos saepissime dulce solatium mihi oblatum sit. Et profecto praeceptori magis quam aliis, qui munere publico funguntur, viris opus est, solatium in literis quaerere, quum saepe eveniat, ut alibi omni solatio careat et etiam ab iis deseratur, quorum est, praesidio eum levare atque animum ejus confirmare.

Partis autem fructuum, quos ex studiis meis percepi, his paginis gymnasii nostri annalibus praefixis tradendae occasione summopere laetor.

Disquisitiones meae ultimo tempore pertinuerunt ad adverbia, neque solum ad eorum formationem, sed etiam ad eorum comparationem et compositionem animum attendi. His vero paginis de adverbiorum formatione tantum disseram, reliquas disquisitionis meae partes alio tempore emittere cogitans.

In adverbiorum formatione, primitivis praetermissis, potissimum eorum derivationis rationem habui. Priusquam autem ad adverbia derivata aggrediar, nonnulla de adverbiis omnino praemonere mihi liceat.

De adverbiorum notione.

§. 1.

Adverbia ab omnibus fere grammaticis ita definiuntur, ea esse orationis partem inflexibilem, quae verbis vel aliis orationis partibus, sicut adjectiva substantivis apponuntur, ita ut accuratius ea definiant.

Eodem fere modo Apollonius in libro περί ἐπιῤῥημάτων statim ab initio adverbia ita definit: Ἔστιν οὖν ἐπιῤῥημα μὲν λέξις ἄκλιτος, κατηγοροῦσα τῶν ἐν τοῖς ῥήμασιν ἐγκλίσεων καθόλου ἢ μερικῶς, ὧν ἄνευ οὐ κατακλείσει διάνοιαν. Bekker. Anecd. 529. 6. Similiter etiam Dionysius Phrax in grammatica in Bekker. Anecd. 641. 23: Ἐπίῤῥημά ἐστι μέρος λόγου ἄκλιτον, κατὰ ῥήματος λεγόμενον ἢ ἐπιλεγόμενον ῥήματι.

Illud vero neque Apollonius neque Dionysius memorant, adverbia etiam aliis orationis partibus quam verbo et participio addi posse. Apollonius enim l. c. 530. 23. dicit: τὸν αὐτὸν ἀεὶ τρόπον ἔστιν ἐπινοῆσαι ῥῆμα μὲν δίχα ἐπιῤῥήματος συγκλεῖον λόγον, ἐπιῤῥημα δὲ οὐ δίχα ῥήματος ἢ μετοχῆς, ἥτις δυνάμει ἰδίωμα ἔχει τὸ τοῦ ῥήματος, καὶ οὐ τοῦτό φημι, ὅτι αἱ μετοχαὶ ἀπαρτίζουσι διάνοιαν, ἀλλ' ὅτι τὰ ἐπιῤῥήματα καὶ ἐπι μετοχὰς φέρεται.

Adverbia tamen etiam nominibus, pronominibus et adverbiis adjici possunt, quod grammatici recentiores summo jure contendunt. Perinde a grammaticis veteribus interjectiones ἐπιῤῥήματα vocantur; Apoll. enim. p. 531. 7. ita scribit: Οὐ μόνον δὲ ῥητοῖς οὖσι τοῖς ῥήμασι κατὰ τὴν σύνταξιν τοῦ λόγου τὸ ἐπιῤῥημα προσφέρεται, ἀλλὰ καὶ σιγωμένοις, εἴγε καὶ αἱ ἐπιφωνήσεις οὐδὲν ἄλλο εἰσιν ἢ ἐπιῤῥήματα τῶν ῥημάτων ἐπιγενομένων, καθὸ τοῖς εὖ ἀναγιγνώσκουσι τὸ κάλλιστα ἐπιφωνοῦμεν, καὶ τοῖς εὖ διατιθεῖσιν ἡμῖν τὰ ἥδιστα, καὶ τοῖς ἀκριβοῦσι τὰς ἰδίας πράξεις καὶ τέχνας τὸ καλῶς ἐπιφωνοῦμεν. Ἀλλ' ἐκεῖνό τις εἴποι ἂν, ὡς κατὰ τὸν τοιοῦτον λόγον περιγεγράψεται τοῦ κατὰ τὰ ἐπιῤῥήματα μερισμοῦ τὸ οἴμοι καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἐπιῤῥημάτων λέγω τὰ σχετλιαστικὰ καὶ τὰ εὐαστικά. Πρὸς ὃν ἔστι φάναι, ὡς τάχα μὲν καταχρηστικώτερον τὰ τοιαῦτα ἐπιῤῥήματα εἰρήσεται, ᾧ λόγῳ καὶ αἱ μονογράμματοι συλλαβαὶ, οὐκ οὖσαι συλλήψεις στοιχείων. μή ποτε δὲ καὶ αὐτὰ δυνάμει ἀπὸ διαθέσεως ῥηματικῆς ἀνάγονται. οἱ γὰρ σχετλιάζοντες πεπόνθασιν, τὸ δὲ παθεῖν πίστιν τινὰ τῶν ἐκ πράγματος δηλοῖ. et in Schol. ad Dionys. Thr. grammat. in Bekkeri Anecdot, 933. 24. haec leguntur:

Ἐκ τῆς συντάξεως δὲ εἴληφε τὸ ἐπίῤῥημα τὴν ὀνομασίαν. διὰ τοῦτο γὰρ ἐπίῤῥημα λέγεται, ἐπειδὴ ἐπί τι ῥῆμα φέρεται. πάντως γὰρ, ἐὰν εἴπω, καλῶς, ἐπιφέρεται καὶ ῥῆμα, ἢ ἔτυψα ἢ ἔλεξα. ἤ τι τῶν τοιούτων. Ὅθεν τινὲς καὶ τὸ φεῦ καὶ τὸ οἴμοι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἐπιφερόμενον ῥῆμα, ᾠήθησαν μὴ εἶναι ἐπιῤῥήματα, ἀλλ' ἕτερα μέρη λόγου. ὅτι δὲ ἐπιῤῥήματά εἰσιν, καὶ οὐδὲν ἄλλο, σαφὲς ἐντεῦθεν. αἱ ἀναφωνήσεις αὗται ψυχῆς πασχούσης εἰσὶ, τὸ δὲ πάσχειν ἢ ἐνεργεῖν ῥηματικῆς ἐστὶ διαθέσεως, ὥστε εἰ καὶ μὴ ἐπαχθῇ τούτοις ῥῆμα, φάνερόν ἐστι, ὅτι παθών τις τοῦτο βοᾷ.

Horum sententias refutare studuerunt grammatici recentiores, quorum unum tantum Sanctium hac de re disputantem audiamus et tum Perizonium, qui illum nimium comprobare studentem constringit, unde videre licet, in utramque hujus rei partem multa eademque minime prorsus rejicienda disputari posse. Sanctius igitur in Minerva lib. I. cap. 2 haec scribit: Interjectionem non esse partem orationis, sic ostendo: Quod

naturale est, idem est apud omnes, sed gemitus et signa laetitiae idem sunt apud omnes: sunt igitur naturales. Si vero naturales, non sunt partes orationis. Nam eae partes secundum Aristotelem *ex instituto, non natura* debent constare. Interjectionem Graeci Adverbiis adnumerant, sed falso. Nam neque voces Latinae aut Graecae sunt, etiamsi Latinis aut Graecis literis scribantur; sed signa tristitiae aut laetitiae, qualia in avibus, aut quadrupedibus, quibus tamen nec vocem, nec orationem concedimus. Vide Adagium „*Ne my quidem*"; et „*Ne gry quidem*". Valla lib. 2. cap. 11 interjectionem a partibus orationis rejicit. Itaque interjectionem a partibus orationis excludimus; tantum abest, ut eam primam et praecipuam cum Caesare Scaligero constituamus.

Perizonius a. a. l. c. p. 19. ad hujus loci verba: „sed falso" haec adnotat: „Non ita absurde aut falso. Nam pleraque, quae Interjectionibus adscribuntur, non tam sua natura, quam *ex instituto*, ad designandos varios rerum modos et animorum motus, veluti admirationem, comminationem exhortationem etc. adhibentur, et idcirco in variis linguis diversae sunt, ut aliae item particulae. Minus itaque recte a partibus orationis penitus excluduntur. Vide et Vossium de Analogia 4. 28. Sed vir clariss. Georg. Henr. Ursinus in Institt. Grammat. sect. 7. cap. 11. p. 1104. miratur, me probare Graecorum sententiam, qui Interjectionem Adverbiis annumerant. At Ego eam Adverbiis non ita absolute annumero, sed melius iis a Graecis adscribi dico, quam a partibus orationis prorsus excludi, ut facit Sanctius. Sed et ad nullam illa orationis partem propius utique accedit, quam ad Adverbium. Nam et hoc solum per se in exclamando absolvit sensum, aeque ac Interjectio. Certe „Eu et Euge" quae interjectionibus adscribuntur, vera sunt adverbia apud Graecos et notant *bene*. Et sic iidem in acclamando *καλῶς*, ut Latini *bene, recte* adhibent. Porro autem, si *En* et *Ecce* Interjectiones quoque sunt, quod non puto, qui pro adverbiis demonstrandi ea habeo, tum vero etiam cum aliis illae partibus orationis non construuntur modo ut *ecce autem, ecce tibi*. Vide Tursellinum de Particulis cap. 54., sed et componuntur ut *ellum, ellam, eccam, eccos* pro *en illum, ecce eum* etc. Hoc vero magis convenit in Adverbia, quam in Interjectiones, quae non sint partes orationis, quod tamen certe sunt tales voculae, quae cum aliis orationis partibus construuntur et componuntur."

Matthiaeus etiam et Buttmannus narrant quidem, interjectiones a grammaticis graecis adscriptas esse adverbiis, sed alter eorum disertis verbis dicit, interjectionem potius, quam alia quaeque particularum genera propriam efficere orationis partem, cujus sententiam secutus hac in dissertatione mea nihil de interjectionibus memoravi. Haec igitur sufficiant de adverbiorum notione; rem potius ipsam aggrediamur atque ad Adverbia derivata transeamus.

De adverbiis derivatis.

§. 2.

Adverbia derivata a nominibus substantivis.

Si de hujusmodi adverbiis disserimus, cavendum nobis est, ne cum iis substantiva adverbiascentia confundamus. Saepe enim fit, ut substantivorum casus obliqui

adverbiorum modo adhibeantur. Sic substantivi *προῖξ* (dos) genitivus *προικός* et accusativus *προῖκα* (gratia) adverbialem significationem assumunt, neque minus obsoleti dativi *οἴκοι, χάμαι* et *ἁρμοῖ* adverbiorum vice funguntur. Hi autem obsoleti nominum dativi a substantivo adverbiorum loco usurpato *προικός* eo differunt, quod hoc (*προικός*) etiam nominis, sed *οἴκοι, χάμαι* et *ἁρμοῖ* semper adverbii tantum et significationem et constructionem tenent.

De his formis Sturzius opusc. p. 257. haec scribit: Antiqui enim, qui nondum nossent literam *ω* dativum nominum secundae declinationis scripserunt *οι*, ut *τοῖδε* pro *τῷδε, τοῖ δήμοι* pro *τῷ δήμῳ* et alia talia, quae causa est, ut adverbia nonnulla etiam nunc ita scribantur, ut *οἴκοι, Ἰσθμοι, πεδοῖ*. Apollonius non dubitat, nominum casus obliqua, adverbiorum loco usurpatos, aperte adverbia appellare, nam l. c. 529. apud eum haec leguntur: *Τά δὲ οὖν πτωτικὰ τὴν τοιαύτην σύνταξιν πρὸς τὰ ὀνόματα μὴ ἀναδεξάμενα, ἐπικείμενα δὲ τοῖς ῥήμασιν, ἅπερ πρός ἕτερα πτωτικὰ τὴν τοιαύτην σύνταξιν ἐποιοῦντο, ἐκαλεῖτο οὐκέτι πτωτικὰ, ἀλλ ἐπιῤῥήματα διὰ τὸ σύνταξιν ἐπιῤῥημάτων ἀναδέξασθαι.*

Prorsus similiter Schol. ad Dionys. Grammat. in Bekker. Anecd. 936. 29. *Ἔστι δὲ καὶ ὀνοματικὴ κατάληξις σύνταξιν ἐπιῤῥηματικὴν ἀναδεξαμένη καὶ ἐπίῤῥημά ἐστιν, ὡς τὸ ταχὺ ἔλθε, καλὰ ποίησον ἀντὶ τοῦ καλῶς.*

Melius tamen esse videtur, has formas substantiva adverbiascentia appellare, quam in verorum adverbiorum numerum referre.

Duo illa substantiva adverbiascentia leguntur: *οἴκοι* Hom. Il. 1. 112. Od. 1. 12, Quint. Smyrn. 81. 297, Aristoph. Av. 1028, Equitt. 753, Pax 1189, Sophoc. Oed. R. 1119. *χαμαὶ* Hom. Il. 5. 441, Hesiod. Theog. 272, Aristoph. Nub. 233. 696, Lysistr. 638, Thesm. 220, Equ. 155. Transire igitur mihi liceat ad adverbia, quae vere derivata a substantivis dici possunt.

A nominibus substantivis sicuti ab aliis orationis partibus adverbia loci pro significatione triplici triplici modo formantur, nam prout aut motus ex loco aut in locum aut quies in loco indicatur, nomina substantiva in *θεν, δε, θι* desinunt, de quibus formis singulariter deinceps disputabo. Ego quidem ab adverbiis motum ex loco significantibus iisdemque in *θεν* exeuntibus incipiam, quamquam antiquos grammaticos inter se litigasse scio, quamnam horum adverbiorum formam priorem *ἀρκτικωτέραν* dicerent. Sic in Schol. ad Dionys. Grammat. in Bekk. Anecd. 943. 30:

Ἠθελόν τινες πρῶτον τάττειν τὴν εἰς τόπον σχέσιν, λέγοντες ὡς οὐκ ἂν τις εἴη ἐν τόπῳ μὴ πρῶτον εἰς αὐτὸν ἐλθών. Ἀλλά φαμεν, ὡς εἰ μήτις εἴη πρότερον ἐν τόπῳ, οὐκ ἂν τὴν εἰς τόπον ὁρμὴν ποιησαιτο. Tales argutias praetermittentes potius ad rem ipsam nos convertamus.

Adverbia in *θεν* exeuntia formantur a substantivorum genitivis ita, ut in nominibus primae et tertiae declinationis litera *ς*, in quibus diphthongus ultimam occupat syllabam, vocalis posterior omittatur, et syllaba *θεν* adjungatur. Sic jam Apollon. l. c. 601. *Τὰ εἰς θεν λήγοντα ἐπιῤῥήματα παραλήγεται φωνήεντι, ᾧ καὶ τὸ τέλος τῆς γενικῆς τοῦ ὀνόματος. εἰ δὲ καὶ ἀπὸ ἐπιῤῥήματος εἴη, πάλιν τῷ αὐτῷ παραλήγεται, δι οὗ τὸ λῆγον τοῦ πρωτοτύπου. εἰ δὲ δίφθογγος εἴη, καθὼς πρόκειται ἀποπίπτει τὸ ἐν τῷ τέλει φωνῆεν.*

Addi potest, litteram finalem *ν* a poetis nonnunquam metri causa abjici, quod

in talibus adverbiis formatis ad urbium nominibus fieri non posse docuit Spitzner (de adverbiorum, quae in θεν desinunt, usu Homerico. Vittenberg. 1820). Igitur unicum illud exemplum Τροιήθε indiget correctura.

Quod ad accentum attinet, omnia adverbia in θεν exeuntia, si in antecedente syllaba ο invenitur, sunt paroxytona, excepto unico ὄικοθεν ab ὄικος, quod in antepenultima habet accentum. Cetera vero, quae aliam quandam vocalem in syllaba penultima habent, respondent, quoad respicitur accentus, nomini primitivo. Similiter Apollon. l. c. 604. 33.

Παρείπετο τοῖς προκειμένοις ἐπιῤῥήμασιν, εἰ μὲν ἀπὸ ὀνομάτων εἶε, καὶ μὴ τῷ ο παρεδρεύοιτο, τάσις ἡ αὐτὴ, ἣ ἦν κατὰ τὸ τέλος τῆς γενικῆς. et Schol. ad Dionys. Grammat. l. c. 945. 22. *Τὰ εἰς θεν τῷ ο παραληγόμενα παροξύνεται, οἷον οὐρανόθεν* etc. et deinde *Σεσημείωται τὸ οἴκοθεν, πάντοθεν, ὅτι μηδεμίαν τοιαύτην ἔχει παρατήρησιν.*

Haec ex sequentibus auctorum a me perlectorum locis patent. Sic legitur: *Λυκίηθεν* Hom. Il. 5. 105, *κλισίηθεν* Il. 1. 391, *Ἴδηθεν* Il. 3. 261, *κατάκρηθεν* Il. 16. 548, *οὐρανόθεν* Il. 1. 194, *ποντόθεν* Il. 14. 395, *Ἀβυδόθεν* Il. 4. 500, *ὑπερωϊόθεν* Od. 1. 328, *ἠῶθεν* Il. 17. 372, *λειμωνόθεν* Il. 24. 451, *ὄικοθεν* Il. 7. 364, *δημόθεν* Ap. Rh. 17. *φρενόθεν* Soph. Aj. 183, *καμινόθεν* Callim. in Dian. 60, *πρεμνόθεν* Callim. in Del. 35, *βυσσόθεν* Callim. in Del. 124, *παιδόθεν* Quint. Smyrn. 608, *μητρόθεν* Aristoph. Achar. 478, *θύραθεν* Soph. Trach. 1028, Eur. Herc. fur. 701, *πατρόθεν* Soph. Aj. 547, *ῥιζόθεν* Quint. Smyrn. 6. 381, *πλευρόθεν* Soph. Trach. 940, *Τροίαθεν* Eur. Or. 347, *ἕωθεν* Aristoph. Thesm. 381, *γῆθεν* Soph. Oed. Col. 1583, Eur. Jon. 272.

His adverbiis prorsus similiter sunt formata in *θι* desinentia, quae quietem in loco significant, in quibus nihil aliud, nisi *εν* in *ι* mutatur, idemque manet accentus. Sic in sequentibus:

οἴκοθι Il. 8. 513, *Κορυνθόθι* Il, 13. 669, *Ἀβυδόθι* Il. 17. 584, *ἠῶθι* Il. 6. 36, *νειόθι* Ap. Rh. 1. 63.

Haec vero adverbia tum tantum formantur, si in syllaba penultima *ο* aut *ω* invenitur, si alia vocalis legitur, dativus pluralis in eadem significatione adhibetur, ut *Θήβηθεν, Θήβῃσιν*, cui et Apollon. l. c. 605. 33. assentit, dicens: *παράκειται τοῖς εἰς θεν λέγουσι τὰ ἐν τόπῳ, τοῦ τέλους εἰς τὸ ι μεταλαμβανομένου, περιπομένης τῆς τάσεως τῆς αὐτῆς καὶ μονῆς μὲν μετὰ τοῦ θ, εἰ τὸ ο παρακείμενον εἴη.*

Sed non solum dativus pluralis urbium nominum hoc modo adhibebatur, scriptores attici etiam dativum singularem sic usurpant, ex gr. *Ἐλευσῖνι, Πυθοῖ.* Et haec terminatio in *οῖ*, orta a dativi forma *ῳ* ex secunda declinatione adeo hac significatione invaluit, ut eadem forma etiam nominibus alius generis tribueretur; sic a *ἡ Κίκυννα Κικυννοῖ*, a *τὰ Μέγαρα Μεγαροῖ*, quod legitur Arist. Acharn. 758. *τί δ' ἄλλο Μεγαροῖ; πῶς ὁ σῖτος ὤνιος;*

Idem, quod adverbia in *θι* desinentia, significant etiam adverbia in *οῦ*, quae semper sunt perispomena, quod Apoll. l. c. 607. testatur his verbis: *τὰ εἰς ου λήγοντα ἐπιῤῥήματα περισπᾶται, ἔστι δὲ παραγωγά;* sic *ὑψοῦ*, quod invenitur Il. 1. 485. Eur. Bacch. 1064. Ad hujus similitudinem formata sunt adverbia *τηλοῦ* et *ἀγχοῦ*, quorum prius sine dubio a nomine *τέλος* originem suam duxit, cui et Apoll. assentit: 587. 33. *τῷ τῆλε τὸ τηλοῦ παράκειται — ὁπότε ἐδύνατο καὶ τῷ τέλος παρακεῖσθαι, ὥστε τὸ μὲν ἐντελὲς εἶναι τελοῦ, εἶτα κατ' ἐπέκτασιν τηλοῦ.* Simili modo *ἀγχοῦ* a substantivo quodam

ἄγχος derivari potest, quod hodie quidem nusquam legitur, sed tamen in adverbio ἔναγχος apparet.

Duo haec adverbia leguntur: τηλοῦ Il. 5. 479, ἀγχοῦ Il. 2. 172.

Tertium adverbiorum loci genus in δε desinens comprehendit significationem motus in locum. Haec vero adverbia nihil aliud sunt, nisi nominis substantivi accusativi conjuncti cum Enclitica δε, quare etiam nonnunquam duo accentus inveniuntur: Apollon. l. c. 616. 19. haec habet: *Τὰ εἰς δε λεγοντα ἐπιῤῥήματα τὴν εἰς τόπον σχέσιν σημαίνει, οἴκαδε, ἄγραδε, ἅλαδε, καὶ ἐκ συντάξεως αἰτιατικῆς πτώσεως καὶ τοῦ δέ συνδέσμου ἀποτελεῖται, σχεδὸν μίμημα κατεστός τῆς προκειμένης παραγωγῆς, οἰκόνδε, Οὔλυμπόνδε.* et alio loco 589. 4. accuratius distinguit: *Τὰ εἰς δε λήγοντα τοπικὰ ἐπιῤῥήματα, ἐν ἑνι μέρει λόγου καθεστῶτα, καὶ προπαροξύνεται καὶ τῷ α παρεδρεύεται, ὡς ἔχει τὸ οἴκαδε, ἅλαδε;* in quo equidem Apollonio minime assenserim, sed potius Buttmanno auctore formam illam *οἴκαδε* ex dialecto quadam in usum vulgarem dixerim, ita ut primo illae tantum formae *οἰκόνδε* et *φυγήνδε* exsisterent, postea vero lingua mutata in *οἴκαδε* et *φύγαδε* mutarentur. Alia est Heynii hac de re sententia, qui ad Hom. Il. 8. 517. haec adnotat: „*φύγαδε*, Sch. A. ut *ἅλαδε*, ut adeo vel fuerit *φυγὴν φύγα*, ut *σκέπην σκέπα* „vel dictum sit ut *οἶκον, οἴκαδε*. Eadem repetita alibi ad *Λ*. 446. *Π*. 697. et in Ety- „mol. Non viderunt grammatici fuisse formam primitivam *φύξ, σκέψ, οἶξ, οἰκὸς, οἶκα* „unde *οἴκαδε* ut *ἅλαδε*.“ — Quod ad *ἅλαδε* attinet, minime illud a norma abhorret, sed compositum est ex accusativo *ἅλα* et enclitica *δέ*.

Horum adverbiorum in δε desinentium usum probent loci sequentes: *ἀγορήνδε* Il. 2. 207, *ὑσμίνηνδ'* Il. 2. 476, *Οὔλυμπόνδε* Il. 1. 221, *πολεμόνδε* Il. 2. 443, *χορόνδε* Il. 3. 394, *οἴκονδε* Il. 3. 158, *βουλυτόνδε* Il. 16. 779, *χέρσονδε* Il. 21. 237, *πεδίονδ'* Il. 3. 263, *πέδονδε* Il. 13. 796, *ἅλαδε* Il. 1. 308, *πόλινδε* Il. 5. 224, *λέχοςδε* Il. 3. 447, *οὖδάσθε* Il. 17. 457, *ἄστυδε* Il. 18. 255, *οἴκαδε* Il. 2. 154, *φύγαδε* Il. 8. 157.

Haec enclitica δε etiam genitivo *ἄϊδος* adjungitur, quod inde explicari potest, quia Graeci hoc genitivo semper *ἐλλειπτικῶς* utebantur, et hic genitivus in notissima illa formula *εἰς ᾅδου* vel *εἰς ἄϊδος* idem valebat quod *εἰς ᾅδην* vel *εἰς ᾅδου δῶμα*, *ἀϊδόςδε* igitur etiam adverbialiter poni potest pro *εἰς ᾅδου*.

Ἀϊδόςδε legitur Il. 20. 294. Perquam memorabilis forma legitur in Hesiodi scut. 480. *κλειτὰς ἑκατόμβας ὅπις ἄγοι Πυθοῖδε*, ubi particula enclitica δὲ adverbiascenti dativo *Πυθοῖ* affixa est. Melius vero haec forma ita explicari videtur, ut dicatur, eam esse solum dativum, quem dicunt dativum commodi, et particulam δὲ eodem modo esse appositam, quo pronominibus demonstrativis *ὅδε* et *τοσόςδε* adhaeret.

Prorsus similia sunt adverbia in ζε exeuntia, quae ab accusativo pluralis numeri et enclitica δε sunt formata, ubi litera σ et δ in ζ coeunt, significatio vero eadem manet, quae erat in exemplis paullo ante nominatis. Attamen hoc modo etiam tria nomina singularis numeri exeunt, a *θύρα* nempe formatur *θύραζε*, *ἔρα ἔραζε* et *χαμά χαμᾶζε*, sic: *χαμᾶζε* Il. 3. 29, Aristoph. Lysistr. 358, *ἔραζε* Il. 12. 156, Ap. Rh. 1. 1064, Callim. h. i. Apoll. 40, *θύραζε* Il. 21. 237, Hesiod. Theog. 750, Aristoph. Plut. 244, Nub. 631.

De his adverbiis Apollonius l. c. 618. 16. haec habet: *Μόνως τὰ διὰ τοῦ ζε τὴν εἰς τόπον σχέσιν σημαίνει, ἔραζε, θύραζε, Ἀφίδναζε, Θηβαζε, οὐκ ἀπιθανῶς, τοῦ ζ καὶ τοῦ δ ἰσοδυναμοῦντος σχεδὸν, κλύζω κλύδιον, κνίζω κνίδη, ἕζω ἕδος.*

Eandem significationem efficit affixa syllaba σε, ut in πέδοσε. Eurip. Bacch. 125, 557. Motum in locum significant etiam adverbia in δις desinentia, quae antiqua est forma pro postea solenni δε vel σε, quare eam a poetis epicis adhibitam invenimus, sic χαμαδὶς, quod idem valet atque χαμᾶζε, et ἄλλοδις pro ἄλλοσε, ut Ap. Rh. 2. 832. Simili modo apud Aristophanem bis legitur οἴκαδις pro solito οἴκαδε, ut Il. 3. 300, 742 et 779.

Praeterea nonnulla alia inveniuntur adverbia in ις desinentia eademque a substantivis derivata, quae diversam habent significationem, sed omnia in syllaba ultima accentum, sic: ἀμφουδὶς Od. 17. 237, λικριφὶς Il. 14. 462, Od. 19. 450, ad Il. 14. 462. addit Heyne: λικριφὶς ἀΐξας „quod bis est usus voce λικριφὶς hic ed. Od. T. 457. a λέχριος, πλάγιος adeoque πλάγιος ὁρμήσας", ἀμοιβηδὶς Il. 18. 506. et Od. 18. 310, ἐπαμοιβαδὶς Od. 5. 480, ἀμοιβαδὶς Ap. Rh. 2. 1062, ἐναμοιβαδὶς Ap. Rh. 1. 379, ἀμβολαδὶς Callim. h. in Dian. 61, ἐνωπαδὶς Ap. Rh. 4. 359. 720.

Pauca etiam dicenda sunt de illis nominum formis, quae in genitivis et dativis syllabam φι assumunt, et quibus cum adverbiis supra nominatis est similitudo quaedam, quae tamen nequidquam adverbia appellari possunt, quamquam interdum significationem usurpant adverbialem; saepissime enim praepositiones iis adjunctae sunt, quibus significatio accuratius indicetur. Haec paragoge etiam non omnibus casibus adjungitur, quod antiqui grammatici affirmant, sic Apollonius 621. 10. sed fere genitivis tantum et dativis, nam exempla, quibus grammatici demonstrare student, hanc paragogen et accusativo et nominativo et vocativo addi, prorsus rejicienda sunt.

Aliquot locos ex carminibus Homericis exscribam, quibus satis dilucide apparebit, formas has paragogicas nihil aliud significare, quam nomina ipsa sine hac paragoge: ἔγχος, ὅ οἱ παλάμῃφιν ἀρήρει Il. 14. 112, ὤρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῇφιν Od. 2. 2, ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ πλατέος πτυόφιν θρώσκουσιν Il. 13. 588, ὦρσεν 'απ' ἐσχαρόφιν Od. 7. 169, ναῦφιν ἀμυνόμενοι Il. 13. 700, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις Il. 1. 38, τόσσην ἐκ σήθεσφιν ὄπα 'Ενοσίχθων ἧκε Il. 14. 150, ἔκλυεν ἐξ 'Ερέβευσφιν Il. 9. 572, ἐξαγαγεῖν 'Ερέβευσφι μετὰ σφέας Hymn. in Cerev. 356, quam formam falso pro vera illa 'Ερέβεσφι in libros receptam esse, judicat Buttmannus.

Adverbia in δον exeuntia a substantivis ita formantur, ut nominativi terminationis loco primae et secundae declinationis, et genitivi tertiae declinationis ηδον, rarius αδον supponatur, excepto unico illo βοτρυδόν, quod jam Tryphon animadvertit. Apollonius enim l. c. p. 611. 1. dicit: „Ἔτι τὰ προκείμενα τῶν εἰς δον ληγόντων, ἀπὸ ὀνόματος εἰς ἐπιῤῥήματα παρηγμένα, ἢ τῷ η παρεδρεύεται ἢ τῷ α, σκηνηδόν, ἀγεληδόν, ταυρηδόν, πανθυμαδόν, κατωμαδόν. ἐσημειοῦτο πρὸς Τρύφωνος τὸ βοτρυδόν, ὅπερ διὰ τὴν φυλάσσουσαν γενικὴν τὸ υ ἐδύνατο ἂν ἔχειν ἀναλογίαν." et Schol. ad Dionys. grammat. in Bekk. Anecd. 941. 25. „βοτρυδόν, ἀγεληδόν" παρ' ὄνομα. τὸ βοτρυδόν καὶ μονῆρες. οὐδὲν γὰρ εἰς δον ἀπὸ ὀνόματος γένεται περιττοσυλλάβως κλινομένου, εἰς σ λεγούσης τῆς εὐθείας — διὰ τό κλιμακηδόν, φαλλαγγηδόν, ἑλικηδόν, πινακηδόν. — ὅμως ἔστι καὶ τὸ νεκυδόν ἀπὸ τῆς νέκυος καὶ τὸ κτηνηδόν ἀπὸ τῆς κτήνεος, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς κτήνους γενικῆς παρῆκται. Haec adverbia significant habitum quendam externum ad similitudinem ejus rei, quae nomine primitivo indicatur, atque respondent Romanorum adverbiis in *atim* desinentibus, sicut ἀγέλη ἀγεληδόν, grex gregatim, omniaque sunt oxytona.

Locos, quibus hujusmodi adverbia inveni, annotabo. Sic legitur κλαγγηδὸν

Quint. Smyrn. 3. 590, et Hom. Il. 2. 463, ἀγεληδὸν Ap. Rhod. 1. 1049, et Hom. Il. 16. 160, σφαιρηδὸν Il. 13. 204, πυργηδὸν Il. 12. 43, φαλαγγηδὸν Il. 15. 360, ὡμιλαδὸν Il. 12. 2, ἰλαδὸν Il. 2. 93, καταφυλαδὸν Il. 2. 68, κατωμαδὸν Il. 15. 352, παντυμαδὸν Od. 18. 33, βοτρυδὸν Il. 2. 89, κυνηδὸν Aristoph. Nub. 490. et Equ. 1033, ταυρηδὸν Ran. 817, πινακηδὸν Ran. 847, ἱππηδὸν Pax 81, δμοθυμαδὸν Av. 1015. et Pax 484, τετραποδεδὸν ibid. 896, δμιλαδὸν Ap. Rhod. 1. 656, et 3, 596, Quint. Smyrn. 1. 777, δμιληδὸν Hesiod. Scut. 170, στοιχηδὸν Apoll. Rh. 1. 1004, βομβηδὸν ibid. 2. 133, ἰλαδὸν ibid. 4. 239, et Hesiod. opp. 263, ἐπωμαδὸν Apoll. Rh. 4. 1770, ἰληδὸν Quint. Smyrn. 1. 7, ἐνωπαδὸν ibid. 2. 84, καναχηδὸν ibid. 2. 217, ῥαβδηδὸν ibid. 5. 381, μολπηδὸν Aesch. Pers. 357, βρυχηδὸν Apoll. Rh. 3, 1374.

De adverbiis in ι et ει desinentibus diu magna erat altercatio inter grammaticos, unde in editionibus horum adverbiorum scriptura adeo fluctuat, quam Sturzius satis ingenue stabilire studuit, minime antiquorum grammaticorum exemplum secutus, „qui, ut ipse testatur, temere et plena cum fide secuti sunt codices, quibus utebantur, manu scriptos, non illi cogitantes, ex uno quidem antiquo codice, tanquam ex „fonte, omnes reliquos fluxisse, neque tamen omnes eadem diligentia esse scriptos, „sed alterum librarium alterius repetiisse vitia, vel etiam novis auxisse, unde codices „saepissime in iisdem antiqui alicujus operis vitiis consentiunt, nec nisi raro, idque „fere in rebus levioribus inter se discrepant, ita ut interdum melior, interdum etiam „pejor exsistat scriptura. Deinde grammatici, quum illas quoque partes sibi imposi„tas vidissent, ut orthographiam ad certas quasdam leges revocarent, primum college„runt magnam adverbiorum copiam, quae in codicibus suis alterno modo scripta repe„rissent, deinde orthographiam ad haec exempla constituerunt sic, ut literarum, quae „terminationes ι vel ει proxime praecedunt, unice rationem haberent, in quorum numero „Herodianum ac Theodosium fuisse supra dixi, qui quum magna auctoritate essent, „multos habuerunt sequaces.“ Idem Henr. Verheykii et Philippi Buttmanni exemplum rejicit, quorum alter: „Nullus scriptor, inquit, sui semper ita similis, ut non aliquoties „extra idiomatis sui cancellos egrediatur, nec scribendi rationem mactet.“ Alter vero euphoniae et apud poetas forte etiam metri legibus, nimium ac fere omnia tribuere videtur; ipse vero Sturzius adverbia similia, ut ipse profitetur, collegit, collectaque inter se comparavit et ad suum quaeque genus retulit, ut tandem, quas leges in utriusque generis adverbiis Graeci secuti sint, erueretur ac pateret: Sturzius igitur haec praecipit: Adverbia, quae in ει desinunt, proprie sunt dativi nominum, imprimis adjectivorum, quorum nominativi in ης exeunt: quae quidem res nemini dubia erit, qui exempla cognoscere et considerare operae pretium putabit.

In ι vero desinunt adverbia:

I. quae orta sunt e dativis adjectivorum vel participiorum, in quibus nihil mutatum est, nisi accentus;

II. quorum ultimae syllabae sunt dativi substantivorum,

III. quae derivari possunt a dativis substantivorum in ια;

IV. quae descendunt ab adjectivis, si in ος exeunt, ductis

1. a substantivis primae declinationis,
2. a substantivis declinationis secundae,
3. a substantivis tertiae declinationis,

4. a verbis, quae desinunt: in *αζω, αιω, ασσω, αω, εω, ευω, ευω, θω, ιζω, ισσω, ιω, λλω, μι, νω, οω, πω, υζω, υσσω, υω, φω, ωζω.*

V. quae proxime a verbis ipsis in *αζω, ιζω* exeuntibus descendunt;

VI. quae descendunt ab adverbiis in *ως* desinentibus.

Adverbiorum in *ι* a substantivis derivatorum unum legitur et quidem *αὐτονυχὶ* Il. 8. 196, Ap. Rh. 1. 1019, ibid. 4. 1130. Ad versum Il. 8. 196. Heyne adnotat: *αὐτονυχὶ* ab Apione et Herodoro lectum tradit Eustathius: sicque expressum ex ms. Veneto, consentiuntque codd. Townl. Vrat. b. Mosc. 1. a pr. m. duo Vindob. Hesych. et Apollonius ipse in *αὐτονυχὶ, αὐτῇ τῇ νυκτί*, memoratum quoque a Schol. Lips. Similiter infr. 512. *ἀσπουδί.* Vulgo tamen obtinet *εἰ* in his et similibus: *αὐτοβοεί, αὐτολεξεὶ* et alia. Contra in *τί* desinentia *ἀμαχητὶ, ἀβοητὶ*, et similia.

Hoc autem loco *αὐτονυχὶ* per *ι* recte scribitur, quia *νυχὶ* antiquus est dativus nominis *νὺξ*, cf. Etym. M. p. 552, 8.

De adverbiis in *ι* et *ει* ab adjectivis et verbis derivatis postea dicam: Illud tamen hic addendum est, adverbia in *ι* et *ει* semper esse oxytona, quod et Apollonius l. c. 571. affert his verbis: *Τὰ εἰς ι λήγοντα ἐπιῤῥήματα, παραγωγὰ ὄντα, ὀξύνεται. Καὶ ἀπὸ ὀνομάτων μὲν παραγόμενα, ταῖς τούτων γενικαῖς ἰσοσυλλαβεῖ. καὶ ἔστιν ἐν ἐκτάσει τοῦ ι.*

§. 3.

Adverbia a nominibus adjectivis derivata.

Non solum substantiva, sed etiam adjectiva et numeralia ordinalia, quae ab adjectivis nihil differunt, significatione adverbiali ponuntur, ita tamen, ut illorum soli casus obliqui, horum autem praecipue nominativi et singularis et pluralis adverbiorum loco usurpentur. Quod quum creberrimum sit, nulla hujusmodi exempla afferam; sed illud notatu dignissimum videtur, quod nonnunquam ab adjectivis tertiae declinationis neutra pluralia, adverbiorum instar posita, ita formantur, ac si essent ab adjectivis secundae declinationis derivata. Talia sunt *τάχα*, a *ταχύς*, quod proprie *ταχέα* scribendum erat, porro *σάφα, ὦκα, θάμα, λίγα*, ex quibus exemplis videre licet, accentum, quod addendum est, in hac forma retrahi. Peculiari modo formata sunt duo adverbia: *κρύφα* et *λάθρα* ab adjectivis *κρύφιος* et *λάθριος*, quorum neutrum nominativi pluralis, elisa litera *ι*, verum adverbium factum est, accentu in eadem syllaba manente. In carminicus Homericis leguntur: *τάχα* Il. 1. 205, et 2. 193, *σάφα* Il. 2. 192, *ὦκα* Il. 1. 447. *θάμα* Od. 1. 143, *λίγα* Il. 19. 284.

Si vero adjectivorum casus obliqui adverbialiter sunt positi, semper fere substantivum aliquod subintelligendum est, sicut in *ὁμοῦ* Aristoph. Equitt. 245, Soph. Aj. 766, et Il. 1. 61, *ἀντιβίην* Il. 1. 277, et 5. 220, Hesiod. scut. 163, *ἀμφαδίην* Il. 7. 195, *σχεδίην* Il. 5. 830, *μακρὰν* Soph. Aj. 1029, Oed. Rex 989, Eur. Phoen. 906, quod adjectivum modo ut propria significatione via suppleatur, postulat, ut Eur. Med. 1348, modo ad tempus refertur, ut Eur. Cycl. 12. *οὐ μακρὰν δέξεθέ με.*

Plurima adverbia ab adjectivis ita formantur, ut eorum terminatio *ος* in *ως* mutetur, quae, prout adjectiva aut ex secunda aut tertia declinatione flectuntur, nominativi aut genitivi singularis est terminatio, quare adverbia alterius generis in *ως*, alterius in *εως* exeunt. Haec vero regula forte ita melius constitui potest, ut adjectivorum

geniti pluralis in ων terminatio in ως permutetur, ubi idem manet accentus in adverbio, qualis genitivo plurali inscriptus erat. Apollonius hac de re l. c. 580. 30. ita disputat: *Τὰ εἰς ως λήγοντα ἐπιῤῥήματα κοινολεκτούμενα δυσὶ τόνοις ὑποπίπτει. ἢ γὰρ βαρύνεται, ὡς κούφως, φαύλως, μετρίως, ἢ περιέσπαται, ὡς τὸ σεμνῶς καὶ εὐσεβῶς.* et 581. 6. *τὰ προκείμενα τῶν ἐπιῤῥημάτων, ἰδίας παραγωγῆς οὐ τυχόντα, οὐδὲ τὸν ἴδιον τόνον ἔχει, ἀναμένει δὲ τὸν πτωτικὸν τόνον, ὃς ἔστιν ἀπὸ γενικῆς πληθυντικῆς. καὶ ἕνεκα τούτου ἢ περισπᾶται ἢ βαρύνεται.*

In recensendis hujus generis adverbiis eum ordinem sequar, ut primo ea adverbia enumerem, quae sunt perispomena, tum quae sunt paroxytona et postremo quae quidem sunt paroxytona, sed ab adjectivis tertiae declinationis derivantur. *ἁγνῶς* Hymn. in Apoll. 121, *ἀδινῶς* Il. 19. 314, *ἀϊκῶς* Il. 22. 335, *αἰνῶς* Il. 1. 555, *αἰσχρῶς* Il. 23. 473, *ἀνεκτῶς* Il. 8. 355, *ἐλαφῶς* Od. 5. 240, *ἐπιζαφελῶς* Il. 9. 516. Hic adnotat Heyne: Grammatici multi sunt in observanda mutatione accentus, cum sit *ἐπιζάφελος* et *ἐπιζαφελὴς*, poterat itaque esse quoque *ἐπιζαφέλως*. *ἐπισμυγερῶς* Od. 3. 195, *θοῶς* Il. 8. 392, *καταρῶς* Hymn. in Apoll. 121, *κακῶς* Il. 1. 25, *καλῶς* Od. 2. 63, *κραιπνῶς* Il. 10. 162, *κρατερῶς* Il. 8. 29, *λιπαρῶς* Od. 4. 210, *λυγρῶς* Il. 5. 762, *μαλακῶς* Od. 3. 350, *ὁμῶς* Il. 1. 96, *ὀτρηρῶς* Il. 7. 735, *περιζαμενῶς* Hymn. in Mercur. 495, *πυκινῶς* Il. 9. 475, *στερεῶς* Il. 9. 510, *στυγερῶς* Il. 16. 723, *σφοδρῶς* Od. 12. 124, *χαλεπῶς* Il. 20. 186.

Sequuntur adverbia in ως desinentia, quae ab adjectivis in ος derivata, acutum in penultima habent. *ἀεικελίως* Od. 8. 231, *ἀϊδήλως* Il. 21. 220, *ἀκηδέστως* Il. 22. 465, *ἄλλως* Il. 5. 218, *ἀριζήλως* Od. 12, 453, *ἀρπαλέως* Od. 6. 249, *ἀσπασίως* Il. 7. 118, *βιαίως* Od. 2. 238, *δικαίως* Od. 14. 90, *ἐκπάγλως* Il. 2. 222, *ἐνωπαιδίως* Od. 23. 94, *ἑτέρως* Od. 1. 234, *εὐκόσμως* Od. 21. 123, *εὐφήμως* Hymn. in Apoll. 171, *εὐαγέως* Hymn. in Cerer. 274, *ἡσυχίως* Hymn. in Merc. 438, *θυρσαλέως* Od. 1. 384, *καρπαλίμως* Il. 1. 358, *μαψιδίως* Il. 5. 373, *ὀτραλέως* Il. 3. 260, *ῥηϊδίως* Il. 4. 389, *ὑπερφιάλως* Il. 13. 293.

Adverbia in εως ab adjectivis tertiae declinationis derivata: *ἀβλαβέως* Hymn. in Merc. 83, *ἀπηλεγέως* Il. 9. 309, *ἀπρεπέως* Hymn. in Merc. 272, *ἀστεμφέως* Od. 4. 419, *ἀσφαλέως* Il. 17. 436, *ἀτρεκέως* Il. 2. 10, *διηνεκέως* Od. 4. 836, *ἀφραδέως* Od. 14. 480, *ἐμμαπέως* Od. 14. 485, *ἐνδυκέως* Il. 23. 90, *εὐφραδέως* Od. 19. 352, *νημερτέως* Od. 5. 98, *νωλεμέως* Il. 4. 427, *περιφραδέως* Il. 1, 466, *σαφέως* Hymn. in Cerer. 149, *λιγέως* Hymn. in Merc. 425, *ταχέως* Il. 23. 364, *προφρονέως* Il. 7. 160.

Duo adverbia *μεγάλως* et *πάντως* satis manifeste ostendunt, adverbia in ως desinentia a genitivo plurali formari, praecipue posterius illud; leguntur vero *μεγάλως* Il. 17. 722, *πάντως* Il. 8. 450.

Adverbio *μεγάλως* nonnunquam etiam syllabam *τι* Graeci adjungunt, quam syllabam *τι* Sturzius Pronomen indefinitum nominat, dicit enim in opusc. suis 254: „quae descendunt ab adverbiis in ως desinentibus, addito pronomine *τι*, et ita addito, ut cum adverbio in unum verbum coaluerit, accentu in syllaba *τι* posito. Similia igitur sed non huc referenda sunt *μᾶλλόν τι, ὁμοῦ τι, πάνυ τι, σχεδόν τι*, et alia talia, sed ut dixi, ea tantum, quae, antequam illud *τι* accessit, in ως exibant, ut *δημωστὶ, ἱερωστὶ μεγαλωστὶ, νεωστὶ.*“ Apollonius haec praecepit l. c. 571. 32: *Τὰ μέντοι διὰ τοῦ στ, ἐκφερόμενα ἄμεινον ἡγητέον ἀπὸ ῥημάτων παρῆχθαι, ἢ καὶ συνυπάρχειν τὰ ῥήματα καὶ*

ταῦτα πάντα εἰς ζω περατούμενα. καὶ καθὼς ἀπὸ μιᾶς συζυγίας τῶν ῥημάτων μία σχεδὸν καὶ ἡ συζυγία τῶν ἐπιῤῥημάτων. deinde 572. 13. haec adjicit: *Τούτοις δὴ ἐπιστήσας ὁ Τρύφων ἐζήτει περὶ τοῦ μεγαλωστί, ἱερωστί παρὰ Ἀνακρέοντι, καὶ ἔτι τοῦ παρὰ Ἀθηναίοις νεωστί, ὅπερ οὐκ ἀπιθάνως τῇ παρὰ Ἀθηναίοις συνήθει ἐπεκτάσει ἐξέτεινε τὸ ι. ἔδει γάρ, φησι, παρὰ τὸ μεγαλίζω μεγαλιστί, νεανίζω νεανιστί. καὶ δῆλον ὅτι καὶ τὸ ἱερωστί παρά τι τῶν εἰς ζω ληγόντων ῥημάτων. Πρὸς δν ἔστι φάναι, ὅτι πολλάκις καὶ ἐκ διαφόρων μέρων λόγου αἱ αὐταὶ παραγωγαὶ γίνονται. παρὰ ῥῆμα τὸ αἰτῶ γένεται τὸ αἰτίζω καὶ παρ' ὄνομα τὶ βάρβαρος βαρβαρίζω. ἔστι δὲ ὅτε καὶ παρ' ἐπιῤῥήματα ὡς αἰαί αἰάζω. οὐδὲν οὖν κωλύει καὶ τὰ προκατειλημμένα τὰ μὲν παρὰ ῥῆμα εἶναι, τὰ δὲ ὡς ἠλογημένα ἀπὸ ἐπιῤῥημάτων παρῆχθαι τῶν εἰς ως περατουμένων, ὥστε ἐν προσθέσει τοῦ τι ἀποτελεῖσθαι μεγάλως μεγαλωστί, νέως νεωστί, ἱερῶς ἱερωστί.* Buttmannus prorsus rejicit illam Sturzii sententiam, dicens indefinitum illud *τι* nunquam esse *ὀρθοτονούμενον*, sed semper *ἐγκλιτικὸν;* porro etiam adverbium illud *μεγαλωστί* in tribus illis locis Homericis notionis restringentis, quam semper fere adsumit illud *τὶ*, minime esse particeps, unde concludit, illud *τι* nihil aliud esse, quam adverbii formam ex singulari linguae usu adauctam.

Equidem neque in Sturzii nec Buttmanni sententiam discedo, sed affirmo, huic terminationi, nihil quidem notionis restringentis, sed tamen vim graviorem inesse, neque eam esse supervacancam et sine ulla significatione. Videmus enim, alias formas adauctas, ut pronomina, quibus *ι* demonstrativum adjunctum est, et particulas *οὐχι* et *ναίχε* pro *οὐ* et *ναὶ* usurpatas vocabula graviora et plus efficientia esse, et has syllabas additas utique aliquam significationem et vim assumere.

Μεγαλωστί legitur Il. 16. 756, et 18. 26, et Od. 24. 39, Apoll. Rh. 835. Aliud hujus generis adverbium *νεωστί* invenitur Eur. Bacch. 220, et Heraclid. 484.

Alia genera adverbiorum ab adjectivis derivatorum sunt adverbia in *ι* et *ει* desinentia, quae statim recensebo. Primum de adverbio *ἀθεεὶ* nonnulla dicere mihi liceat, quod in Homeri Od. 18. 353. legitur. Sturzius quidem putat, adverbium *ἀθεεί* potius per simplex *ι* esse scribendum, argumenta afferens, quae mihi satis probabilia esse videntur, quamquam alteram illam scripturam nequidquam prorsus rejicit, dicit enim: „Fortasse quis, me tamen non adstipulatorem habiturus, huc retulerit adverbium *ἀθεεὶ*. Sicut enim a substantivis *δέος, θάμβος, λέχος* fluxerunt adjectiva *ἀδεὴς, ἀθαμβὴς, γηλεχὴς, ἄθαμβος*, item et *ἄλεχος*, utque a substantivis *αὐλὸς, θρῆνος, στίβος* non tantum *δύσαυλος* et *ἔναυλος, φιλόθρηνος, ἄστιβος*, sed etiam *κεραύλης, τυμβαύλης, χοραύλης, χιλοθρήνης, ἀστιβής* deducta sunt: ita a substantivo *θεὸς* praeter formam *ἄθεος*, quae sola nunc nota est, olim etiam formam *ἀθεής*, e cujus dativo *ἀθεεῖ, ἀθεεῖ* adverbium *ἀθεεὶ* ortum sit, dictam et usitatam fuisse non improbabile cuiquam videatur. Et postea pergit: Quapropter etiamsi supra omnia, quae viderentur ad defendendam scripturam adverbii *ἀθεεὶ* proferri posse, quamvis mihi non probata, colligere instituerim, nondum tamen induci possum, ut eam veram esse credam. Immo si vel unus bonus, diligenterque scriptus codex *ἀθεΐ* exhiberet, avide hanc formam arciperem. Nam ex adjectivo *ἄθεος* genitivus fit *ἀθέου*, dativus *ἀθέῳ*, antique autem *ΑΘΕΟΙ*, unde *ο* omisso prodire intelligitur *ἀθεΐ*."

Buttmannus vero scripturam per *ει* probat, quae adhuc in omnibus editionibus legitur.

Alterum adverbium in ι desinens est ἀσπουδὶ, quod legitur Hom. Il. 8. 512, 15. 476, 22. 304.

Ad locum primum Heyne adnotat: — quod ἀσπουδί. ῥαδίως, μή πως χωρὶς σπουδῆς Sch. A. At Sch. br. ἄνευ κακοπαθείας. ἄνευ πόνου. Iterum vox occurit infr. O. 476, et X. 304. Interpretantur eam simili modo Apollon. Lex. h. v. Hesych. Eustath. ἀσπουδὶ scriptum cum Veneto in hoc et ceteris locis; similiter ac supra 1901. αὐτονυχί — vulgo frequentatum ἀσπουδεί, quod et scribit Apollon. Lex. cum ceteris grammaticis. Idem tamen alio loco p. 611. in σπουδῇ — ὅθεν καὶ τὸ ἀσπουδῇ οἷον ἄνευ κακοπαθείας. quod non potest corrigi, si quidem alii ita scripserunt. Suidas: ἀσπουδεὶ, χωρὶς σπουδῆς. ἀσπουδῇ δὲ διὰ τοῦ ῇ, χωρὶς κακοπαθείας. ὡς τὸ· μὴ μὰν ἀσπουδῇ γε. In Homero est hoc unicum sui generis adverbium; quae alibi occurrunt, scribuntur per ει, ut ἀμοχθεὶ.

Illud vero ἀσπουδὶ ex Sturzii regula per ι est scribendum, quia ab adjectivo in ος desinente, quod a substantivo primae declinationis derivatum est, descendit. Alio quodam loco Sturzius de hoc adverbio ita disputat: Pro ἀσπουδεὶ vero et ἀσπουδεὶ, dum forma adjectivorum ἀσπουδής et ἀσπουδῆς reperta erit, ἀσπουδὶ et ἀσπουδὶ praeferam, quia ἄσπουδος et ἄσπουδος exstant. Buttmannus contra hanc scripturam improbare videtur, dum dicit: Maxime dubitari potest, an recte scriptura ἀσπουδὶ apud Homerum ex codice Veneto (cujus Scholiasta hac de re nihil dicit) recepta sit, cum traditio prorsus ei repugnet. Adverbium ἀμισθὶ recte in ι desinit, cum ortum sit ab adjectivo ἄμισθος, legitur Eur. Troad. 411. Duo vero illa adverbia τριστοιχεὶ et μεταστοιχεὶ, sicuti in editionibus Homericis leguntur, mutanda sunt in τριστοιχὶ et μεταστοιχὶ, cum formata sint ex adjectivis a substantivo secundae declinationis derivatis, et in ος exeuntibus, et quidem ab antiquo dativo τριστοιχοὶ, unde omisso ο τριστοιχί, invenitur autem hoc adverbium Il. 10. 472, et Il. 23. 338. Eodem modo adverbium ἀνατεὶ, quod legitur Eur. Med. 1347, et Aristoph. Eccles. 1056. ex regula supra posita in ἀνατὶ mutandum esse videtur, quum factum sit ab adjectivo ἄνατος, neque legatur forma ἀνατῆς.

Adverbia vero formata ab adjectivis in ος desinentibus, quae a verbis ducta sunt, exeunt in ι, sic ἀνουτητὶ, adj. ἀνουτητος, verb. ἀνουτάω, quod adverbium legitur Il. 22. 371. Quint. Smyrn. 3. 445. Similia adverbia sunt ἀμογητί et ἀμαχητί, ἀνωϊστί, ἀναιμωτί. Primum adverbium invenitur Il. 11. 637, et Callim. Hymn. in Dian. 25.

„Ἀμογητί plus quam probabile fit, Bentleio quoque judice fuisse ἀμογητεὶ ἄειρεν sine hiatu. In Vrat. b. τ' interpositum erat a. m. sec. docti utique hominis.“ Heyne ad h. l. ἀμαχητί legitur Il. 21. 437, ἀνωϊστί Od. 4. 92, ἀναιμωτί Il. 17. 363, Od. 18. 149, Quint. Smyrn. 4. 296, et 9. 180, Apoll. Rh. 2. 986. Alia hujus generis adverbia sunt: ἀνιδρωτὶ, ἐγερτὶ, ἀφρικτὶ, ἀκλαυτί ἀστενακτί, ἀστακτί, ἀνομωκτεί. ἀνιδρωτί legitur Il. 15. 125, Quint. Smyrn. 4. 329, 6. 451, ἐγερτί Eurip. Rh. 520, ἀφρικτι Callim. in Dian. 68, ἀκλαυτί ibid. 267, ἀστενακτί Aristoph. Eccles. 487, ἀστακτί Soph. Oed. Col. 1247, 1638, cf. Reisig, ἀνοιμωκτεί Soph. Ajax 1213, cf. Lobek.

Cum nulla alia ab adjectivis derivata adverbia in ι vel ει desinentia repererim, in hisce acquiesco, norma, ex qua formantur, supra jam, ubi de talibus adverbiis a substantivis derivatis disputavi, constituta.

Adjectivis etiam syllabae illae θεν, θι, σε opponuntur, sicuti substantivis, quibus, quomodo supra ostendimus, οχέσεις τοπικαὶ indicantur. Quia de his terminatio-

nibus jam satis diximus, nihil eorum repetam, sed statim locos afferam: *νειόθεν* legitur Il. 10. 9, *ἀμόθεν* Od. 1. 10, *δμόθεν* Ap. Rh. 91, et Eur. Iph. Aul. 491, *νεόθεν* Soph. Oed. Col. 1442, *δμόσε* Aristoph. Lysistr. 451, et ibid. Eccles. 844, 906, Eur. Orest 909.

Sed non semper hujusmodi adverbiis *σχέσεις τοπικαὶ* indicantur, nonnunquam iis etiam augetur notio adjectivi vel adverbii, cui apposita sunt, ud videmus in *αἰνόθεν αἰνῶς* Il. 7. 97, et *πάντοσ' ἐΐσην* Il. 5. 300, quamvis haec significatio effluxerit ex notione *σχέσεως τοπικῆς*. Sic *αἰνόθεν αἰνῶς* proprie significat *ex immani immaniter* vel *ex terribili terribiliter*, ut *οἰόθεν οἶος ex uno solus* vel *ex una parte solus;* ex hac notione orta est significatio *prorsus solus; αἰνόθεν αἰνῶς* transiit in significationem „*admodum immaniter* vel *vehementer immaniter*," similiter adverbium *πάντοσε*, quod significat „*in omnes partes*" assumit vim notionis augendae ita ut sensu „*omnino*" accipi possit.

Porro ab adjectivis adverbia in *η* formantur, quae quidem sunt dativi feminini numeri singularis, sed prorsus adverbiali adhibentur significatione. Apollon. l. c. 561. 17. dicit: *Ἔστι τι ὄνομα οὐδαμός, ᾧ παράκειται ἐπίῤῥημα τὸ οὐδαμῶς καὶ οὐδαμόθεν, ᾧ ἀπὸ θηλικοῦ πάλιν σχήματος ἐπίῤῥημα παράκειται τὸ οὐδαμῆ καὶ εἰ μὲν ἀπὸ τῆς εὐθείας, ἐν ὀξεῖ τόνῳ καὶ δίχα τοῦ ι. εἰ δὲ οὐκ ὀξὺς ὁ τόνος, ὁ δὲ περισπώμενος, ὅς ἐστιν ἐν δοτικῇ, ὁμολόγως και τόδε σὺν τῷ ι γεγράψεται, καθότι πάλιν συντονούμενον τῷ θηλυκῷ παράκειται καὶ τὸ ἄλλῃ. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως ἐπιδεῖξαι. Παρὰ ἀντωνυμικὸν τὸ αὕτη γίνεται ἐπιῤῥηματική τις προφορά, ἣν οὗ φαμεν οὕτως, αὕτη ἄγωμεν, ταύτῃ δέ. καὶ προφανὲς ὡς ἡ πρόσθεσις τοῦ τ τὴν δοτικὴν ὁμολογεῖ, ᾧ λόγῳ καὶ τὸ τῇδε ἄγωμεν. Δέδεικται ἄρα ὅτι παρὰ δοτικὰς αἱ τοιαῦται ἐπιῤῥηματικαί προφοραί. εἰ δὲ παρὰ δοτικάς, δῆλον ὡς καὶ γεγράψεται σὺν τῷ ι. καὶ εἰ τοῦτο, καὶ τὸ ἰδίᾳ ἄρα καὶ δημοσίᾳ παρὰ δοτικάς, καὶ οὕτως τὰ ἐπιῤῥήματα γεγράψεται σὺν τῷ ι, οὐχ ὥς φησι Τρύφων διὰ τὸ μακρὸν α.*

Similia fere Sturzius l. c. adnotat, qui etiam locum ex Etymol. M. affert, ubi praecipitur: *δεῖ γινώσκειν, ὅτι σὺν τῷ ι γράφεται. τὰ γὰρ εἰς η λήγοντα ἐπιῤῥήματα ἔχουσι τὸ ι προσγεγραμμένον. — εἰσὶ δέ τινα εἰς η λήγοντα ἐπιῤῥήματα μὴ ἔχοντα τὸ ι — λέγει δὲ ὁ τεχνικὸς τὸ ἡσυχῇ και ἄλλῃ καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ τοῦτο σὺν τῷ ι γράφεσθαι, ἐπειδὴ ἀπὸ δοτικῆς γέγονεν. ὅτι γὰρ ἀπὸ δοτικῆς γέγονεν δηλοῖ τὸ ταύτῃ — εἰ δὲ τοῦτο ἀπὸ δοτικῆς γέγονε, δῆλον ὅτι καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἔχοντα τὸ ι ἀπὸ δοτικῆς γεγόνασιν.* Recte haec a me allata esse (pergit Sturzius) facile apparet. Negare enim nemo audebit, adverbia in *α* vel *η* exeuntia revera esse ablativos, sive ut vulgo vocantur, dativos nominum ac pronominum, ut *αὐτοποδίᾳ, βίᾳ, δημοσίᾳ, ἰδίᾳ* etc., in quibus patet usum tulisse, ut aliis iota subscriberetur originis index, in aliis omitteretur. Neque futurum puto, ut quis offendatur, ubi nonnullorum nominativum Graecis in usu esse desiisse viderit. Nam hoc quoque indicare voluit Etymologici M. auctor. Postquam enim scripserat: *τὰ γὰρ εἰς η λήγοντα ἐπιῤῥήματα ἔχουσι τὸ ι προσγεγραμμένον,* exempla apposuit non modo *ἄλλῃ* et *σπούδῃ,* sed etiam *πάντῃ, κρυφῇ, εἰκῇ, ὅπῃ, πῇ,* quorum nominativi non usitati sunt.

Mirum, cur in eorum adverbiorum, quorum nominativi inusitati sunt, numerum receptum sit adverbium *ὅπῃ*, cujus nominativus ne cogitatione quidem informari potest.

De scriptura horum adverbiorum Buttmannus adnotat, iota omitti, si nominativus, a quo adverbium vel potius dativus formatus est, non in usu est, sic in *πάντῃ* et *λάθρῃ, πῇ, ὅπῃ* et similibus. Non recte adnotatum esse videtur, nam non solum

persaepe πῇ scribitur, sed etiam cetera hujus generis adverbia iota subscripto inveniuntur.

Leguntur autem haec adverbia locis sequentibus: πάντῃ Il. 1. 383, λάθρῃ Il. 13. 380. Sic etiam λάθρᾳ invenitur: Hymn. in Cerer. 240. εἰκῇ legitur Aristoph. Lysistr. 471. Ab Adjectivo πᾶς peculiari modo formatur ἔμπης, quod legimus apud Homerum Il. 1. 562, et Od. 2. 191. Duplicato neutro invenitur Il. 1. 422: πολέμου δ' ἀποπαύεο πάμπαν.

Notandum est adverbium ἐπισχερώ, quod proprie ex duabus constat orationis partibus, praepositione ἐπὶ et adjectivo σχερῶς, sicuti Heyne ad 11. 667. affert: „ἐπισχερώ. ἐφεξῆς ἅπαντες. Schol.. B. et inf. Schol. A. B. ad Σ, 68. Apollon. Lex. h. v. et Hesych. apud quem etiam ἰσχερώ occurrit, corrupte ex ἐπισχερώ. Fuit σχερός continuus; ude vera et antiqua scriptura fuit ἐπὶ σχερῷ ut ἐν σχερῷ adhuc legitur in Pindaro Nem. XI. 50, et Isthm. VI. 32. ἐπὶ σχερῷ Vrat. B. — ἐπισχερῷ vero legitur Hom. Il. 11. 667, Il. 18. 68, Apoll. Rh. 330. et eadem significatione ἐνσχερω ibid. 912.

§. 4.

Adverbia derivata a pronominibus.

Pronominum casus obliqui eodem modo, quo substantivorum et adjectivorum adverbialiter ponuntur, sic αὐτοῦ, ᾗ, ᾗχι, ἄλλῃ, τῇ; exempla occurunt in Homericis carminibus. Sic αὐτοῦ invenitur Il. 1. 428, ᾗ Il. 2. 73, ἄλλῃ Od. 3. 251, τῇ Il. 5. 858.

Formam ᾗ poetae epici syllaba χι adauctam in eadem significatione adhibent, qua in re grammatici antiqui dissentiunt, alii enim adverbio ᾗχι iota subscripserunt, alii illud omiserunt. Apollonius quidem hac de re haec affert: (l. c. 624. 24) τὸ ᾗχι τοπικὸν οὐ διὰ τὴν ἐπὶ τέλους παραγωγὴν τὴν εἰς τόπον σχέσιν σημαίνει· ἔστι γὰρ παρολκὴ ὁμοία τῷ ναίχι, οὐ καὶ οὐχι. σαφὲς δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς φωνῆς· ἡ γὰρ φυσικὴ πρόταξις τοῦ η οὐκ ἂν ἐδασύνετο, καθὸ οὐδέποτε τὰ φωνῆεντα πρὸ τοῦ χ δασύνεται. ἔτι ὅν τρόπον ἰδίᾳ ῥητόν ἐστι τὸ ναί, οὐ πάντως ἐπιζητοῦν τὸ χι, ὁμοίως τὸ οὐ, τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τὸ ᾗ, σημαῖνον τὴν εἰς τόπον σχέσιν, ἐντελές ἐστι.

Aristarchi vero schola ἦχι sine iota scribebat, et Dionysius Thrax forma dorica ᾖχι illud demonstravit. Schol. Il. a. 607. Buttmannus terminationem illam χι aequalem judicat dativi terminationi ι, ᾗχι igitur pro ᾗϊ. Forma illa ᾗχι legitur Hom. Il. 1. 607, τῇ invenitur Il. 5. 858, πῇ Od. 3. 51.

Porro Pronomina syllabas illas paragogicas assumunt, quibus σχέσις τοπικὴ declaratur, quod ex locis apparet, quibus haec adverbia inveniuntur. Sic ὅθεν Hom. Il. 2. 857, κεῖθεν Il. 15. 234, Soph. Oed. R. 749, ἄλλοθεν Hom. Od. 3. 318, Il. 9. 311, αὐτόθεν Ap. Rh. 343, Soph. Oed. Col. 1133, πάντοθεν Oed. Col. 1236, πάντοθε Quint. Smyrn. 8. 24, ἐκεῖθεν Ar. Plut. 357.

Hic vero adnotandum est, ο in ω mutari in pronominibus in τερος exeuntibus, sic: ἑτέρωθεν Il. 1. 247, ἑτέρωθι Il. 5. 351, ἑτέρωσε Il. 8. 306, Aristoph. Eccles. 1187.

Addendum etiam est, adverbia in θεν, θι et σε desinentia paroxytona esse, si in syllaba penultima ο invenitur, exceptis iis, quae a πᾶς et ἄλλος formata proparoxy-

tona sunt; sic: *αὐτόθι* Il. 3. 428, *ὅθι* Il. 2. 861, *ἄλλοθι* Eur. Iph. Aul. 637, Soph. Trachin. 931, Eur. Bacch. 175, *ἄλλοσε* Soph. Trachin. 273, *πάντοσε* Il. 15, 300. Inde *αὖθι, κεῖθε, ἐκεῖθι, κεῖσε, ἐκεισε* contracta sunt, sic: *αὖθι* Il. 1491, *κεῖθι* Il. 12, 348, *ἐκεῖθι* Od. 17. 10, *κεῖσ'* Il. 13. 752, Apoll. Rhod. 2. 718.

Etiam a Pronominum nominativo adverbia formantur, sic ab *ὅς, ὥς* et ab *οὗτος, οὕτως* et *αὕτως*. Ab *οὗτος* formatur *οὕτως* et *οὕτω*, et ex *ὥς* cum particula *δὲ, ὧδε*, de quo postea. Animadvertendum vero, *οὕτως* ante vocalem, *οὕτω* ante consonantem poni: *μὴ δ' οὕτως ἀγαθός περ ἐὼν θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ κλέπτε νόῳ* Il. 1. 132. *ἐπεὶ οὔ ποθι ἔλπομαι οὕτω δεύεσθαι πολέμοιο Ἀχαιούς* Il 13, 309.

De adverbio *αὕτως* apud Apollonium l. c. p. 585. 14. haec leguntur: *Ἠπόρηται δὲ καὶ τὸ αὕτως πῶς ἐγένετο. οὐ γὰρ ἔχει τὴν ἔννοιαν τῆς αὐτός ἀντωνυμίας, καθότι τὸ ἐκεῖνος ὡς πρὸς τὸ ἐκείνως καὶ τὸ οὗτος ὡς πρὸς τὸ οὕτως. πρὸς οἷς καὶ τὰ τοῦ τόνου διελέγχει. Τρύφων περὶ τοῦ σημαίνοντος τὸ οὕτως ἐκδέχεται μετάπτωσιν τοῦ ο εἰς τὸ α γεγενῆσθαι. ἀλλὰ ἐλείπετο καὶ περὶ τοῦ σημαίνοντος τὸ μάτην διαλαβεῖν. ὅθεν ἢ καὶ αὐτὸ δεκτέον θεματικόν, ἢ συγκαταθετέον Ἡρακλείδῃ, φαμένῳ ὡς κατὰ στέρησίν ἐστι τοῦ α οὕτως, συναλοιφῆς γενομένης τοῦ α καὶ ο εἰς α μακρόν, ὡς τὸ Μενέλαος — Μενέλας, Δυρύλαος — Δορύλας, Πτερίλαος — Πτερέλας. τὰ γὰρ ἐν τῷ δέοντι μὴ γενόμενα ματαίως γίνεται· φαμὲν γὰρ τὰ ἐν τῇ δεούσῃ ποιότητι ποίησον οὕτως.* Hoc adverbium legitur apud Homerum Il. 1. 133.

Quod ad adverbium *ὧδε*, compositum ex adverbio *ὡς* et enclitica *δὲ*, attinet, Buttmannus veterum gramaticorum rejicit sententiam, qui Aristarcho praeeunte affirmabant, adverbium *ὧδε* in carminibus Homericis semper pro *οὕτως* esse positum, et nunquam locum significare. Sic Apoll. l. c. 590. 24: *Ἔχοι δ' ἂν ἐπίστασιν καὶ τὸ ὧδε, συνήθως μὲν τὴν εἰς τόπον σχέσιν δηλοῦν, ἐν δὲ τοῖς Ὁμηρικοῖς, ὡς Ἀριστάρχῳ δοκεῖ ἐν τῷ καθόλου μὴ τοπικῆς ἔχεσθαι σχέσεως, τῆς δὲ κατὰ ποιότητα.* et denuo 616. 23: *διὰ ταύτην τὴν ἀφορμὴν καὶ τὸ ὧδε ἀπηνέγκατο τὴν εἰς τόπον σχέσιν, ὧδε ἦλθεν ὁ δεῖνα, καὶ τὴν ἐν τόπῳ κατὰ τὴν προκειμένην συμπάθειαν τὴν εἰς τόπον καὶ ἐν τόπῳ, ὧδέ σε μένω. Ἴσως δόξει τὸ Ὁμηρικὸν ἔθος ἀντικεῖσθαι τῇ προειρημένῃ συντάξει τοῦ τοπικοῦ ἐπιρρήματος, ὡς παρ' αὐτῷ οὐ τοπικόν ἐστι, ποιότητος δὲ παραστατικὸν καὶ ἰσοδυναμοῦν τῷ οὕτως.*

Buttmannus hanc sententiam multis exemplis ex carminibus Homericis collectis prorsus refutavit, atque satis dilucide demonstravit, illud *ὧδε* nonnunquam apud Homerum *σχέσιν τοπικὴν* declarare, quare duo tantum hujusmodi exempla afferam: *πρόμολ' ὧδε* Il. 15. 392. *Νῦν δ' ὧδε ξύν νηῒ κατηλύθον* Od. 1. 182. Idem, quod *οὕτως*, saepissime significat; sufficiat unum exemplum: *οὐδ' ὄθομαι κοτέοντες, ἀπειλήσω δέ τοι ὧδε* Il. 1. 181.

A pronomine *ἄλλος* formatur et *ἄλλοτε*, quod significat „*alio tempore*" et *ἄλλυδις* pro *ἄλλοσε* eodem modo, quo jam supra *χαμάδις* pro *χαμᾶζε* positum ostendimus; sic in hisce locis: *ἄλλοτε* Od. 4. 102, Il. 10. 120; *ἄλλυδις* Il. 11. 486, Apoll. Rhod. 3. 794.

Buttmannus porro Heynium refellit, qui probat *ἐνταυθοῖ* comparari posse cum *ἐνδοῖ* et similibus in nota ad Il. 21. 122: „*τὸ ἐνταυθοῖ περισπαστέον· ἐστὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐνταυθα Ἀττικοῦ.* Sch. A. sic quoque B. Et Schol. ined. e Cod. Paris, prolatum a Rhunken. praef. Hesych. p. VIII. *Διονύσιος ο Θρᾶξ, Τίμαρχος καὶ Ἀριστοτέλης, Ἐν-*

ταυθοῖ ὁμοίως τῷ ἐνταῦθα, περισπομένως ἀνέγνωσαν." Sic putes *ἐνταυθοῖ* illos scripsisse. Verum comparatur *ἔνδον ἔνδοῖ, πέδον πεδοῖ* v. Eust. ad Od. Σ p. 1839, 56. Buttmannus contra putat *ἐνταυθοῖ* nihil aliud esse nisi formam aliam pro *ἐνταυθὶ*, cujus significationem fere omnibus locis obtinet, sic: *ἐνταυθοῖ* Hom. Il. 21. 122, Od. 20. 262. *Ἐνταυθοῖ* ibid. 18. 105, Aristoph. Plut. 225. 608, Nub. 813, Lysistr. 4. 570, Thesmoph. 231, Eur. Iph. T. 979.

Alia hujusce generis adverbia apud poetas epicos non leguntur, sed in Aristophanis comoediis plura ejusmodi occurunt; sic *ὧδὶ* Nub. 689, Lysistr. 369, Plut. 291, *οὕτωσὶ* Plut. 591. 1102, *ἐνθαδὶ* Plut. 54, Ran. 1498, *δευρὶ* Nub. 631, *ἐντευθενὶ* Eccles. 169, Av. 10, *τηλικουτονί* ibid. 1132.

§. 5.

Adverbia a numeralibus derivata.

Numeralium ordinalium neutrum et singulare et plurale adverbialiter poni potest. Quum autem haec numeralia vera adjectiva sint, non causa est, cur eorum neutrum adverbiascens in hanc classem redigatur, quare ad adverbia multiplicativa, quae interrogationi „*quoties*" respondent, transeo. Haec desinunt in *ακις*, exceptis tribus illis *ἅπαξ, δὶς* et *τρὶς*, quorum primum *ἅπαξ* eodem modo est formatum (ab antiqua nescio qua radice affini tamen numerali cardinali *εἷς*, quod ex comparatione hujus formae cum *ἁπλοῦς* elucere videtur) quo *μονάξ* a *μοῦνος*. Legitur vero *μονάξ* Od. 8. 371, *ἅπαξ* Od. 12. 22, Aristoph. Nub. 550, Thesmoph. 1213, et Vesp. 1129. *δὶς* vero et *τρὶς* ex *δυακὶς* et *τριακὶς* orta esse videntur, quod et Apoll. affirmat l. c. 557. 2: *πιστοῦται δὲ καὶ ἐντεῦθεν μὴ ἐντελῆ εἶναι τό τε δὶς καὶ τρὶς, ἐκ δὲ τοῦ δυάκις καὶ τριάκις συγκεκόφθαι, ἐπειδὴ τὰ εἰς σ λήγοντα μετὰ βραχείας ἐκφορᾶς ἐστιν ὑπὲρ μίαν συλλαβήν, εἰκός, ἐγγύς, ἐντός, ἅλις, ἄχρις, πάρος.* Etiam in Schol. ad Dionys. Grammat. p. 942. 20. de his adverbiis leguntur: „*Τὰ δὲ — τετρακὶς.*" *Ταῦτα ἀριθμὸν ἐμφαίνει, μὴ ὄντα ἀριθμητικά· τὸ δὲ δὶς καὶ τρὶς πέπονθε· τὸ γὰρ δυάκις καὶ τριάκις παρὰ Ἀριστοφάνει.*

Inde igitur colligi licet, *δυάκις καὶ τριάκις* proprie eodem modo formata esse, quo alia adverbia multiplicativa nempe ita, ut si numerale in vocalem desinebat, haec vocalis in *α* mutaretur, et syllaba *κις* apponeretur, sicut *πέντε, πέντα, πεντάκις, ὄκτω ὀκτακις, εἴκοσι εἰκοσάκις*; si vero consonans vocem claudebat, sicut in *ἑκατον*, syllaba *τα* et insuper syllaba *κις* affigeretur, ergo *ἑκατοντάκις*.

Talia adverbia saepe leguntur et quidem *τρὶς* Il. 5. 136, et Aristoph. Nub. 545, *τετράκις* Od. 5. 306, *δεκάκις* et *εἰκοσάκις* Il. 9. 379, *εἰνάκις* Od. 14. 230, *δὶς* Soph. Aj. 275 et Aristoph. Nub. 545, *πεντάκις* Aristoph. Nub. 737, et Plut. 852, Aeschyl. Pers. 291, *δωδεκάκις* Aristoph. Plut. 853, *μυριάκις* ibid. 853.

Eodem modo etiam a *πολὺς, πόλλου, πολλάκις* formatur. Huc etiam addendum, literam *ς* ante consonantem omitti, sic: *πολλάκι γάρ σεο πατρὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἄκουσα εὐχομένης* Il. 1. 396, *πολλάκις* vero legitur Od. 4. 101, Aristoph. Nub. 610, Soph. Aj. 1256. Similiter etiam *ὀλιγάκις* formatum est, quod Eur. Orest. 383. invenitur. Singulari modo adverbium *ἑβδομάκις* derivatum est, vel a numerali ordinali *ἕβδομος* vel a substantivo *ἑβδομάς*, legitur autem Callim. hymn. in Del. 251.

In adverbiorum multiplicativorum numerum etiam transferendum est *δισσάκις* et *δισσάκι* vel mutatis Atticorum more duabus literis *σσ* in *ττ*, *διττάκις* et *διττάκι*, in quo adverbio duplex derivatio cerni potest, ex *δυακίς δίς* et affixa terminatione *ακις*, atque duplicata litera *ς*, *δισσάκις*, quod etiam in *διττάκις* et *διττάκι* mutatum invenitur. Forma *διττάκι* occurrit apud Quintum Smyrn. 56.

Quod ad accentum attinet, ex exemplis videre licet, omnia adverbia multiplicativa, quae pluribus constant syllabis, accentum in penultima tenere. Adverbia numeralia in *χα* et *χθα* desinentia idem fere significant, respondent enim Latinorum numeralibus in *ariam* exeuntibus: *trifariam*, *quadrifariam*, et ea quidem quae in *χα* exeunt, eodem modo sunt formata, quo adverbia multiplicativa in *κις* desinentia, modo hoc *κις* in *χα* mutetur. Altera vero forma eadem fere est, interpositum tantum est *θ*; haec autem adverbia inter sese in eo differunt, quod adverbia in *χθα* exeuntia sunt oxytona. Locos aliquot addam; *δίχα* legitur Od. 9. 127, *τρίχα* Od. 9. 157, *πεντάχα* Il. 86, *διχθὰ* Od. 1. 23, *τριχθὰ* Il. 2. 668, et 3. 363.

Porro Paragoge illa, qua *σχέσις τοπικὴ* significatur, adjectivis numeralibus affigitur; sic ab *ἀμφοτέρος* formatur et *ἀμφοτέρωθεν* et *ἀμφοτέρωσε*, ubi annotandum est, vocalem *ο* in *ω* mutari, si haec Paragoge nominibus in *τερος* exeuntibus affigitur, quare *ἀμφοτέρωθεν* et *ἀμφοτέρωσε*, sic in locis sequentibus: *ἀμφοτέρωθεν* Il. 5. 736, *ἀμφοτέρωσε* Il. 12. 287. Etiam *διχόθεν* invenimus Aesch. Pers. 73.

Adverbia in *ως* exeuntia, eaque a numeralibus derivata in libris a me perlectis, non inveni, excepto unico exemplo *ἁπλῶς*, quod legitur apud Aristoph. Vesp. 558.

§. 6.

Adverbia a verbis formata.

Quum adverbiorum a verbis derivatorum varia sint genera, ea deinceps ita recensebo, prout aut ab uno aut ab altero verbi tempore sunt nata. Sic a verbo *τρέμω* et quidem a tempore praesenti formatur adverbium *ἀτρέμας*, quod legitur: Il. 2. 200, Od. 13. 92.

Porro a tempore praesenti adverbia nonnulla in *στι* desinentia formantur, quae prius dictis illis in *ι* vel *εἰ* exeuntibus respondent et ex Sturzii norma supra proposita nunquam in *εἰ*, sed semper in *ι* desinunt. Apud Homerum hujus generis duo tantum adverbia inveni, et quidem *μελεϊστί* et *διαμελεϊστί*, quorum illud Il. 24. 408, hoc Od. 9. 291. occurrit. Apud alios scriptores hujusmodi adverbia saepe inveniuntur, sic *μελεϊστί* Apoll. Rhod. 2. 626, et Quint. Smyrn. 5. 358, *ὀνομαστί* Callim. Hymn. in Dian. 229, *δωριστί* Aristoph. Equitt. 989, *δωροδοκηστί* ibid. 996, *ἀνδριστί* Aristoph. Eccles. 149.

De his adverbiis Apollonius l. c. 571. 32. ita disputat: *Τὰ μέντοι διὰ τοῦ στι ἐκφερόμενα ἄμεινον ἡγητέον ἀπὸ ῥημάτων παρῆχθαι, ἢ καὶ συνυπάρχειν τὰ ῥήματα, καὶ ταῦτα πάντα εἰς ζω περατούμενα. καὶ καθὼς ἀπὸ μιᾶς συζυγίας τῶν ῥημάτων μία σχεδὸν καὶ ἡ συζυγία τῶν ἐπιῤῥημάτων. εὐλογόν τε καὶ τὸ διηλλαγμένον τοῦ ἐπιῤῥήματος συνδιηλλάχθαι τῷ πρωτοτύπῳ. οὐ γὰρ πιθανὸν παρὰ τὸ ἑλληνιστί, μᾶλλον δὲ παρὰ τὸ ἑλληνίζω· παρὰ γοῦν τὸ Θρᾴξ πάλιν, διάφορον κατὰ την κατάληξιν ὄν, οὐκ ἄν τὸ αὐτὸ παρακολου-*

θήσειε, θρακιστί, παρὰ δὲ τὸ θρακίζω, τῆς αὐτῆς πάλιν ἐχόμενον συζυγίας. οὕτως ἔχει παρὰ τὸ δωρίζω δωριστί καὶ αἰολιστί, βαρβαριστί, μηδιστί, συριστί, σκυθιστί.

A futuro derivata sunt sine dubio ἑξῆς et ἑξείης ita, ut verbi terminationis loco ω alia syllaba ponatur, sic ἕξω ἑξῆς. Hoc adverbium legitur Hom. Od. 4. 580, ἑξείης Il. 1. 448. Alia adverbia ex futuri analogia formantur, ut omnia, quae desinunt in ξ. In horum numero referendum est ἐπιμὶξ, quod legitur Hom. Il. 11. 525, et Quint. Smyrn. 3. 322; porro ὀδὰξ, quod invenitur Il. 11. 748.

Ad πὺξ et λὰξ Apoll. l. c. 551. 13. adnotat: Ὅτι δὲ καὶ τὸ ΠΥΞ καὶ τὸ ΛΑΞ καὶ τὰ τούτοις ὅμοια σχήματα οὐ πάντως διὰ τὴν μετάληψιν τὴν εἰς τὸ πυγμῇ, καθότι τινὲς ᾠήθησαν, ὀνόματα ἂν εἴη, σαφὲς ἐκ τοῦ ἐπὶ ῥῆμα φέρεσθαι πάντοτε τὰς φωνάς, καθότι καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἐπιῤῥημάτων, καὶ ἐκ τῆς παρεπομένης ἀκλισίας ἐπὶ τὰς πτώσεις καὶ τοὺς ἀριθμούς ὅπερ παρεπόμενον ἦν, ὡς πρόκειται, τῷ ἐπιῤῥήματί. καὶ γάρ ἂν τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὰ ῥήματα φέρηται, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν οὐδὲ καθ' ἕνα σχηματισμόν. et deinde 29. τὸ δὲ πύξ ἐπίῤῥημα καὶ τὸ λάξ, συντασσόμενα τοῖς ῥήμασι καὶ οὐκ ἔχοντα τὴν ἄλλην σύνταξιν ἢ τὴν ῥηματίκην. Diomedes vero in Schol. ad Dionys. l. c. p. 491. 17. dicit: Ποιήτητός εἰσιν ἐπιῤῥήματα, ἃ διὰ τῆς φωνῆς τὸ γενόμενον πρᾶγμα μιμεῖται, οἷον πὺξ, ἐπειδὴ πτύξαντες τὴν χεῖρα πλήσσομεν. γεγένηται δὲ οὕτω. πτύσσω πτύξω, πτὺξ ἐνδεία πύξ. τὸ ὑπόμνημα οὕτω σχηματίζει. λακτίζω λακτίσσω, δωρικῶς λακτίξω, λακτίξ, συγκοπῇ λάξ. ἄμεινον δὲ οὕτω· λήγω λήξω, λήξ λάξ τὸ διὰ τοῦ λήγοντος μέρους τοῦ σώματος γενόμενον. Interjectionibus in ξ desinentibus, cujusmodi sunt πύτιαξ, βόμβαξ haec adverbia equidem non adnumeraverim, quum et futurorum nonnullorum cum iis adverbiis similitudo nobis persuadeat, ut haec ab illis declinata esse dicamus, sicuti περιπλίξ et ἐπιμίξ, et antiqui grammatici idem proponant. Alia vero hujus generis adverbia, quibus non eodem modo futura respondent, ad illorum similitudinem sunt orta, ut πύξ Hom. Il. 3. 237, λάξ Il. 5. 620, Apoll. Rh. 2. 106, γνύξ Il. 5. 68, κουρίξ Od. 22. 187, Apoll. Rhod. 4. 18, ἁβρίξ Eur. Rhes. 726, ἀπρίξ Soph. Aj. 310, ὀκλάξ Apoll. Rh. 3. 1308. 1393, ἐναλλάξ Aristoph. Nub. 983, παραλλάξ Soph. Aj. 1076.

De adverbiis in δην desinentibus disputat Apollonius l. c. 611. 23, quae afferemus: Τὰ εἰς δην ἐν βαρείᾳ τάσει ἐστί, καὶ παράγεται καὶ ἀπὸ ὀνομάτων, ὡς τῷ λόγος τὸ λογάδην παράκειται, μόνος μονάδην, τρόχος τροχάδην, σπόρος σποράδην. ἢ παρὰ ῥῆμα, διὰ τοῦ δ καὶ τοῦ συγγενοῦς β παραλαμβανομένου ἐν πρώτῃ συζυγίᾳ, κλέπτω κλέβδην, κρύπτω κρύβδην, γράφω γράβδην, ὄπτω ὄβδην καὶ εἰσόβδην. καὶ παρὰ τούς εἰς ξ λήγοντας μέλλοντας διὰ τοῦ γδ, πλέξω πλέγδην, μίξω μίγδην, νύξω νύγδην. καὶ παρὰ τὴν πέμπτην δὲ συζυγίαν αἴρω ἄρδην, φύρω φύρδην. καὶ παρὰ τὸ σύω δὲ τὸ σύδην· ὅπερ ἐσχημάτιστο, ἐκ μεταθέσεως τοῦ ε εἰς τὸ υ, παρὰ τὸ σέω, ἀφ' οὗ καὶ τὸ σόον, καθότι καὶ ὁλόκληρον εἰς ον λῆγον ρυδόν. καὶ παρὰ τὸ χύω τὸ χύδην, σεσημείωται τὸ βύζην, καὶ διὰ τὴν ἔκτασιν τοῦ υ. καὶ διὰ τὴν μόνην τοῦ ζ. καὶ παρὰ ῥῆμα δὲ τὸ ῥῶ, ἀφ' οὗ τὸ ῥήδην, καθὸ καὶ τῷ τιήγω τὸ τιήγδην. φαίνεται ὅτι καὶ τῷ ἥδω τὸ ἥδην παράκειται καὶ ἅδην· καὶ παρὰ τὰ εἰς μι λήγοντα ἔστιν εὑρέσθαι, βίβημι βάδην, ἵημι ἀέδην καὶ ἀνέδην. ἔδει οὖν καὶ παρὰ τὸ πρίαμι τὸ πριάδην ἐπιῤῥηματικῆς ἐχόμενον συντάξεως.

Quamquam hanc vere ab Apollonio prolata sunt, eadem tamen melius forsan et paucioribus verbis ita dici possunt: Adverbia in δην exeuntia a verbis scilicet derivata eodem modo, quo adjectiva verbalia, aut a perfecti passivi indicativi tertia persona

singularis numeri auctore Matthiaeo, aut ex Buttmanni sententia ab Aoristi primi passivi prima persona formantur, quae quidem Buttmanni sententia mihi magis placet, cum nonnunquam verborum syllaba primitiva aliter sonet in perfecto, aliter in aoristo, itemque in adjectivis verbalibus et in hisce, de quibus loquimur, adverbiis.

Hujusmodi adverbia locis sequentibus inveniuntur: *ἐπιγράβδην* Il. 21. 166, Quint. Smyrn. 10. 238. Hoc adverbium derivandum a verbum *ἐπιγράφειν* formatum est ab ejus aoristo primo, qui, si alicubi legeretur, esset *ἐπεγράφθην*, unde adjectivum verbale *ἐπιγραπτέος* eodemque modo *ἐπιγράβδην*, quibus in formis litera *φ* ex illis grammatices praeceptis satis notis propter literam sequentem *τ* et *δ* in *π* et *β* mutata est. *κρύβδην* Od. 11. 455, Quint. Smyrn. 14. 385, et Aristoph. Vesp. 1018, *ἐμπλήγδην* Od. 20. 132, *μίγδην* Hymn. in Mercur. 493, *λίγδην* Od. 22. 277, *ἐπιπλίγδην* Il. 17. 598.

Ad hunc locum Heyne haec adscripsit: *ἀκρὸν ἐπιπλίγδην „ὅτι τὸ ἐπιπλίγδην μεσότητός εστι* (Ita grammatici appellant voces, quae et nomina et adverbia haberi possunt, ut ex Etymolog. discas. Putarunt ergo fuisse proprie *κατ' ἐπιλίγδην*.) *ἐπιψαύειν, ὅσον δ' ἐπιπολῆς, ψαῦσαι μὴ εἰς βάθος.*" Schol. A. sic quoque Sch. br. et Apollon. Lex. *ὅσον μὴ ἐπιψαῦσαι* laudato hoc versu. Plura adjicit Hesych. ad quem cf. notam. Convenit quoque Suidas, qui ut et Hesychius eodem modo exponunt *λίγδην*. Recte Eustath. statuit, fuisse aliquando verbum *λίζειν* stringere et inde *ἐπιλίζειν*. Diversum est *ἐπιλλίζειν* oculis *ἴλλοις* Od. *Σ*. 11. Unde nec probanda scriptura *ἐπιλλίγδην* in Cant. et apud Hesych. etsi verum est, *λ* in *ἐπιλίγδην* pronuntiando gnminari.

Porro *βάδην* Il. 13. 516, *ὑποβλήδην* Il. 1. 292, *παραβλήδην* Il. 4. 6, Apoll. Rh. 2. 447, et 1. 835, *ἀμβλήδην* Il. 32. 475, *τμήδην* Il. 7. 262, *κλήδην* Il. 9. 11, *ἐξονομακλήδην* Il. 22. 415, *διαῤῥήδην* Hymn. in Merc. 13, *ἐπιτροχάδην* Od. 18. 26, *ἀναβάδην* Aristoph. Achar. 399. 410, et Plut. 124, *καταβάδην* Aristoph. Acharn. 411, *ἐπιβλήδην* Apoll. Rhod. 2. 80, *ὑποβλήδην* ibid. 3. 1119, 1698, *ἐπιῤῥήδην* ibid. 2. 640. 846, *ἀμοιβήδην* ibid. 2. 1072. 4. 76, *βάδην* Aesch. Pers. 20, Aristoph. Lysistr. 254, Acharn. 535, *σύδην* Aesch. Pers. 448, *φύρδην* ibid. 776, *ἄρδην* Eur. Jon. 1233, *σύρδην* ibid. Rhes. 58, *ἄρδην* Aristoph. Therm. 280, Soph. Aj. 1266, Eur. Hecub. 870, ibid. Phoen. 1146, ibid. Alcest. 624, *ἐκτάδην* ibid. Phoen. 698.

Eodem modo abverbia in *δον* exeuntia a verbis formantur, quae eadem quoque significant; de quibus Apoll. l. c. 611. 11. haec dicit: *καὶ παρὰ ῥῆμα σχηματίζεται (τὰ προκείμενα τῶν εἰς δὸν ληγόντων) ἐκ μὴν βαρυτόνου τοῦ βρύχω τὸ βρυχηδόν· καὶ ἴσως τῷ κρυφῶ περισπωμένῳ παράκειται τὸ κρυφηδόν. τῷ πελάζω καὶ ἐμπελάζω παράκειται τὸ ἐμπελαδόν, τῷ σχεθῶ σχεδόν, τῶ κρίνω κριδόν καὶ διακριδόν, φαίνω φανδόν καὶ ἀναφανδόν, χαίνω χανδόν καὶ ἀναφανδόν, χαίνω χανδόν. μένει δὲ τὸ ν ἐπὶ τοῦ χανδόν καὶ ἀναφανδόν, καθὸ καὶ ἐν παρακειμένῳ τὸ πέφαγκα, οὐ μὴν ἐν τῷ κέκρικα ἢ κέκλικα, ἀφ' οὗ τὸ κριδόν καὶ διακριδόν, κλίνω κλιδόν καὶ παρακλιδόν. καὶ φαίνεται οτι τῷ μὲν βαίνω οὐ παράκειται τὸ ἐμβαδόν, μᾶλλον δὲ τῷ βῶ ἢ βίβημι, ὡς τῷ ἱστῶ ἵστημι τὸ σταδόν.*

Hujusce generis adverbia sequentibus locis leguntur: *ἀνασταδὸν* Il. 23. 469, *ἀποσταδόν* Il. 15. 556, *παρασταδόν* Il. 15. 22, *περισταδόν* Il. 13. 551, Apoll. Rhod. 2. 205, *ἐπισταδόν* Od. 12. 392, Apoll. Rhod. 4. 1685, *ἀναφανδόν* Il. 16. 178, *ἐξαναφανδόν* Od. 20. 48, *διακριδόν* Il. 12. 103, Apoll. Rhod. 3. 721, *ἐγκλιδόν* Hom. Hymn. in Dian. 33, *παρακλιδόν* Od. 4. 348, *ἐμβαδόν* Il. 15. 505, *κρυφηδόν* Od. 14. 330, Quint. Smyrn.

1. 752 et 14. 60, *ρυδόν* Od. 15. 4è6, *σχεδόν* Il. 3. 15, *αὐτοσχεδόν* Il. 7. 273, *χανδόν* Od. 21. 294, Quint. Smyrn. 13. 13, *διασταδόν* Apoll. Rhod. 2. 66, et 4. 942, *ὀρθοσταδόν* ibid. 3. 1427, *ἐπικριδόν* Apoll. Rhod. 2. 301, *ἀποκριδόν* ibid. 2. 15, *συνωχαδόν* Quint. Smyrn. 14. 517, et Hesiod. Theog. 690, *ἑλκηδόν* ibid. Scut. 302, *ἀμφαδὸν* Apoll. Rhod. 3. 570, et Quint. Smyrn. 1. 752.

Prorsus similia sunt adverbia in *δα* desinentia, de quibus Apollonius 561. 33, et 562. 1. haec habet: *Τὰ εἰς α λήγοντα ἐπιῤῥήματα ἢ ὀξύνεται ὡς δηθὰ, καναχηδὰ* et deinde 562. 10. *παραιτήτεον οὖν τοὺς ἠξιωκότας ὀξύνειν τὸ „μίγδα ἄλλοισι θεοῖσιν,“ ἔπει τὰ εἰς δα φασὶ λήγοντα ἐπιῤῥήματα ἢ ὀξύνεται, ὡς ἔχει τὸ „καναχηδὰ ῥέοντες“ καὶ τὸ χανδά. ἔστι γὰρ πρὸς τὸ τοιοῦτον φάναι ὡς ἰδού τινα εἰς δα λήγοντα καὶ βαρύτονά ἐστιν, ὡς τὸ ληκίνδα, ὀστρακίνδα, ὀνόματα παιδιῶν. ὡς καὶ τὰ ὀξυνόμενα συνυπάρχει τοῖς εἰς δον περατουμένοις, καναχηδόν καναχηδά, αὐτοσχεδον αὐτοσχεδά, χανδόν χανδά. τῷ μέντοι μίγδα οὐ παράκειται ὁ τοιοῦτος σχηματισμός. ἦν οὖν ἐν πλεονασμῷ τοῦ δ, καθὼς καὶ ἡ ἄχερδος πλεονάζει καὶ ὁ δαίδαλος τῷ δ παρὰ τὸ δαίω.* In iis, quae Apollonius de adverbio *μίγδα* disputat, mimime ei assentio, jam in illo nimium dixisse videtur, affirmans, adverbia in *δα* exeuntia eademque oxytona semper respondere adverbiis in *δον* desinentibus, quoniam *κρυβδὰ* legitur, neque unquam, quantum equidem credo, *κρυβδὸν* invenitur.

Potius ita dicendum esse puto, adverbia in *δα* exeuntia adverbiis aut in *δην* aut in *δον* desinentibus respondere, sic legitur *κρυβδὴν κρυβδὰ* eodemque modo explicari potest *μίγδα*, cum jam supra *μιγδὴν* nominatum sit. Talia adverbia sunt: *ἀναφανδά* Od. 3. 222, Apoll. Rhod. 4. 84, *ἀποσταδά* Od. 6. 443, *κρυβδά* Il. 18. 168, Quint. Smyrn. 1. 85, *μιγδά* Il. 8. 436, Quint. Smyrn. 3. 727, *διαμοιρηδά* Apoll. Rh. 3. 1029, *ἄπριγδα* Aesch. Pers. 988, *κίβδα* Aristoph. Thesm. 495, ibid. Equitt. 365, *ἀνάμιγδα* Soph. Trachin. 519.

Pauca etium de singulis adverbiis dicam, sic de adverbio *ὄχα*. Hoc adverbium derivandum est a verbo *ἔχω*, litera *ε* in literam *ο* mutata, quod saepe accidit; sic ex *τρέπω* fit *τρόπος*, *λέγω*, *λέλογα*, et *λόγος*, *ἐχυρὸς ὀχυρὸς*, porro in aliis cum *ἔχω* compositis, ut *αἰγίοχος* et *ἀστυόχος*. Adverbium illud *ὄχα* proprie quidem est neutrum plurale adjectivi *ὄχος*, sed quum hoc adjectivum non inveniatur, adverbium *ὄχα* in numerum adverbiorum a verbo derivatorum retuli. *Ὄχα* et compositum *ἔξοχα* prorsus adverbiali significatione adhibitum est locis his, et quidem *ὄχα* Il. 1. 69, et 3. 110, *ἔξοχα* Od. 4. 629, et Il. 5. 61.

De adverbio *παμπήδην* Grammatici dubitant, utrum a *πᾶς*, sicut *πάμπαν*, sit factum, an e *πᾶν* et verbo *παίω* compositum, quomodo ortum est *παμπησία*. Hoc adverbium legitur Soph. Aj. 910.

Neque omittendum videtur adverbium *ἐντυπάς*, quod singulari modo a verbo *ἐντύπτω* formatum est, sed vix dici potest, quonam modo et a qua illius verbi forma hoc adverbium natum sit. *ἐντυπάς* occurrit: Hom. Il. 24. 163, Apoll. Rhod. 1. 264, et 2. 861, Quint. Smyrn. 5. 828.

Denique a verborum participiis eodem fere modo, quo ab adjectivis adverbia formantur, sic a participio praesentis *ἐπιστάμενος* formatur adverbium *ἐπισταμένως*, quod legitur: Il. 7. 317. A participio perfecti passivi *ἐσσυμένος* eodem modo *ἐσσυμένως* formatur; legitur hoc adverbium Il. 3. 84. A participio perfecti activi *ἐγρηγορώς* for-

matur adverbium ἐγρηγορτὶ, quod proprie nihil aliud est, nisi dativus singularis participii ex ἐγρηγορότι contractus eodemque modo formatum, quo ἀκοντὶ, ἑκοντὶ, ἐθελοντὶ, in quibus patet, nihil mutatum esse nisi accentum. ἐγρηγορτὶ vero legitur Il. 10. 182.

§. 7.

De adverbiis a praepositionibus formatis.

A praepositionibus adverbia formantur, dum iis eodem modo, quo substantivis et adjectivis, syllabae encliticae θεν et θι, nunquam vero, quantum equidem memini, σε vel δε affiguntur, et quidem ita ut praepositionis forma minime mutetur. Horum adverbiorum exempla reperta proponam. Prius tamen nonnulla de adverbio ἐνθεν loquar, quod duplicem assumit significationem, nam et modo relativo et demonstrativo usurpatur, certe ab Homero, quum a scriptoribus posterioris aevi, praecipue prosaicis, sensu tantum relativo adhibeatur. Sic in demonstrativa significatione Il. 4. 48: καὶ γὰρ ἐγὼ θεὸς εἰμὶ, γένος δ' ἐμοὶ ἔνθεν, ὅθεν σοὶ, et Od. 2. 328: ἦὲ καὶ εἰς Ἐρύφην ἐθέλει, πίειραν ἄρουραν ἐλθεῖν, ὄφρ' ἔνθεν θυμοφθόρα φάρμακ' ἐνείκῃ; relativo modo: Il. 24. 597: ἕζετο δ' ἐν κλισμῷ πολυδαιδάλῳ, ἐνθεν ἀνέστη, et Soph. Oed. Col. 1281. Alia adverbia, hoc modo a praepositionibus derivata, sunt: ἀπόπροθεν Il. 10. 209, πρόσθεν Il. 1. 251, Aristoph. Nub. 777, Lysistr. 302, Soph. Oed. Col. 821. 850, Hesiod. Theog. 110, ὕπερθε Il. 2. 218, ἐφύπερθεν Quint. Smyrn. 1. 60, καθύπερθε Apoll. Rhod. 3. 1209.

Eodem modo, quo ὕπερθεν ab ὕπερ, etiam ἔνερθεν a praepositione obsoleta ἔνερ formatum esse videtur, quam praepositionem agnoscimus in ἔνεροι, ἐνέρτεροι, ἐνέρτατοι, unde etiam Latinorum *infra* et *infernus* et nostrum inner originem suam duxisse videtur. Minime autem Apollonio assentio, qui l. c. 603. 7. hoc adverbium a nomine ἔνερον derivat, ex quo per syncopen ἔνερθεν pro ἐνέροθεν, sicut ἐκεῖθεν pro ἐκεινόθεν, formatum sit. Per aphaeresin etiam dicitur νέρθεν pro ἔνερθεν.

Haec adverbia inveniuntur, et quidem ἔνερθε Hom. Hymn. in Cerer. 430, νέρθε Il. 7. 212, ὑπένερθε Il. 4, 147, Apoll. Rhod. 3. 965, Hesiod. scut. 418, ὄπισθε Il. 11. 613, Quint. Smyrn. 12. 293. 311.

In hisce locis ν in fine omissum est, quod frequentissime fit in iis adverbiis, ubi particula illa paragogica θεν non admodum accurate motum aliquem ex loco quodam indicat. Porro hujusmodi adverbiis adnumerandum est ὄπιθεν, quod occurrit Il. 2. 542, ὄπισθεν Soph. Aj. 1236, μετόπισθεν Apoll. Rhod. 1. 75, ἐξόπιθεν ibid. 3. 1321, Hesiod. Scut. 130, et Quint. Smyrn. 11. 54.

Hic vero adnotandum est, haec adverbia non semper motum ex loco, sed, ut exempla docent, nihil fere aliud significare, quam praepositiones ipsas sine illa paragoge, quod postea item apud adverbia eodem modo ab adverbiis formata videbimus.

Adverbiorum in θι desinentium et quidem a praepositionibus formatorum unum tantum exemplum reperi, nempe ἀπόπροθι, quod legitur Od. 4. 757.

Porro a praepositionibus adverbia in ω desinentia formantur, et quidem ita, ut, si praepositiones sunt μονοσύλλαβοι, illud ω sine omni praepositionis mutatione adda-

tur; si vero sunt *δισσύλλαβοι*, illud *ω* ultimae syllabae obtinet locum, sic *ἐς ἔσω, πρὸς πρόσω, κατὰ κατὼ, ἀνὰ ἀνὼ.*

Hac de re Apollonius l. c. 576. 17. scribit: *Τά εἰς ω λήγοντα ἐπιῤῥήματα παραγωγὰ ἐν βαρείᾳ τάσει ἐστί. καὶ εἰ μὴν ἀπὸ προθέσεων γέγονεν ἰσοσυλλαβοῦντα μὲν ταῖς προθέσεσιν, εἰ καὶ δισύλλαβοι εἶεν αἱ προθέσεις· περισσοσυλλαβοῦντα δὲ, εἰ ἀπὸ μονοσυλλάβων προθέσεων εἴη ἡ παραγωγή. διότι δὲ τὸ τοιοῦτον παρέπεται, ἓν ἄλλῳ τόπῳ καθολικώτερον εἰρήσεται. τὰ δὲ ὑποδείγματα ἐκκείσθω· παρὰ τὴν ἀνά ἄνω, κατά κάτω, πρό πρόσω, ἐς ἔσω.* et infra 609. 7. ita pergit: *Τὰ εἰς ω λήγοντα ἐπιῤῥήματα σημαίνει καὶ τὸ ἐν τόπῳ καὶ τὸ εἰς τόπον. τὴν γὰρ διὰ τοῦ θεν παραγωγὴν ἔχει ἐκ τόπου, λέγω δὲ ὅτε μάλιστα ἀπὸ προθέσεως ἐσχημάτισται. ἰσοσυλλαβεῖ μὲν μάλιστα ταῖς προθέσεσιν, ἐὰν ὦσι δισύλλαβοι, μίᾳ δὲ πλεονάζει, εἰ εἶεν μονοσύλλαβοι, λήξει τῇ εἰς σ ἢ φύσει ἢ δυνάμει. τοῦ μὲν προτέρου ἀνά ἄνω, κατά κάτω· τοῦ δὲ δευτέρου πρός πρόσω καὶ εἰς εἴσω. δυνάμει καὶ ἡ ἔξ εἰς σ λήγει. οὕτως ἔχει τὸ ἔξω.*

Hic Apollonius sibi obloqui videtur, in priore enim loco dixit, adverbium *πρόσω* a praepositione *πρὸ*, in posteriore vero a praepositione *πρὸς* esse derivatum, ex quo apparet, Apollonium in dubio versari, utrum illud adverbium a *πρό* an a *πρός* derivatum esse diceret. Buttmannus *πρόσω* a praepositione *πρὸ* derivat, quod equidem non probaverim, sed potius a praepositione *πρός* formatum esse dixerim. Nam quod ad significationem attinet, adverbium illud et a praepositione *πρό* et *πρὸς* derivari potest, cum eadem significent; quod vero ad formam attinet, derivatio a praepositione *πρός* verisimilior esse videtur, nam eodem modo, quo ab *ἐς ἔσω*, a *πρός πρόσω* formatur.

Haec adverbia in *ω* desinentia duplicem habere significationem, recte jam Apollonius l. c. adnotavit, motum nimirum in locum et quietem in loco, quod exemplis allatis apparebit: *εἴσω. καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω* Il. 1. 71, *ἔρυσαν δὲ μιν εἴσω κουρίξ* Od. 22. 187. *πρόσω. οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω* Il. 1. 343. Summo jure illud dici posse videtur, adverbium *ὀπίσσω* a praepositione *ὄπι* formatum esse, quae quidem in nostris libris jam non legitur, sed in adverbio composito satis dilucide agnosci potest.

Alia adverbia in *ω* desinentia, eademque a praepositionibus formata, sunt *ἔξω, ἄνω, κάτω,* quorum tamen nullum exemplum mihi in promptu est. Illud tantum addam, aliam quandam formam pro *πρόσσω* vel *πρόσω* inveniri, *πόῤῥω* dico, quod quidem ita ortum esse videtur: a *πρόσω* factum est doricum illud *πόρσω*, unde ex usitata illa mutatione *πόῤῥω*; neque tamen haec adverbia idem significant, quamquam proprie unum idemque sunt, sed loquendi usu illa inter se sunt discreta, ut *πρόσω* significet nostrum vorwärts et weit vorwärts, *πόῤῥω* vero nostrum weit, fern.

A praepositionibus *ἐκ* et *ἐν* adverbia in *τος* et a praepositione *παρά* in *ος* desinentia derivantur, quae sunt oxytona, *ἐκτός, ἐντός,* excepto tertio illo *πάρος*. De his Apollon. l. c. 595. 24. dicit: *Τὰ εἰς ος λήγοντα ἐπιῤῥήματά ἐστι μὴν σπάνια, ὀξύνεται δὲ κατὰ τὸ πλεῖστον, ἐντὸς, ἐκτός. Τὸ πάρος σημειωτέον.* Adverbium *ἐκτὸς* apud Soph. Aj. 88. occurrit. *ἐντός* Il. 10. 10, ibid. 22. 84. et 121, Eur. Hecub. 992, Hesiod. Theog. 751, 753, *πάρος* legitur Il. 1. 453, Eur. Hecub. 1025, Soph. Aj. 828, Oed. R. 1407, *τοπάρος* Il. 7. 370.

Illud *τοπάρος* in nonnullis editionibus non sub uno accentu scribitur, idque, ut mihi videtur, summo jure. Idem fere, quod *ἐντός,* significat adverbium *ἔνδον* a prae-

